



QK92
.G55



Barisclay
13



JOH. GOTTLIEB GLEDITSCH

LIPS.

PHIL. ET MED. DOCT. MED. ET BOTAN. PROF. REG.
ACAD. REG. SCIENT. IMPER. NAT. CUR. ET REG. SUEC.
SODAL: ELECT. MOG. SCIENT. UTIL. ASSES.

SYSTEMA
PLANTARUM

A
STAMINUM SITU.


SECUNDUM
CLASSES, ORDINES ET GENERA,
CUM
CHARACTERIBUS ESSENTIALIBUS.

E. K. Trautvetter.



BEROLINI
APUD HAUDE ET SPENER,
MDCCLXIV.

+QR92
.GEE



LECTORIBUS BENEVOLIS

S. P.

A U C T O R .



Systema plantarum a staminum situ superioribus viginti annis tam in proprios usus quam in gratiam discipulorum conscripsi. Nihil namque putabam præstantius, nihil commodius, nihilque aptius ad sustinendam laborum botanicorum molem, quam bona dispositione theoretica rem ipsam aggredi. Super-

fructificationis *secundum triplicem structuram* cum characterum elaboratione in me suscepi: opus per mihi gratum perque jucundum! De hujus necessitate atque præstantia propria ego experientia convictus, ut id alii tam docentes quam discentes fedulo faciant, magnopere suadeo: non obstante vel maxime vulgata venalium magistrorum ostentatione atque doctrina, ad quorum voluntatem agere aut loqui neque ipse possum, neque ferre, qui ad notissimam istam compilatoriam artem eruditi sunt. Interea vero etiamsi plus ulla in re me videre vel vidisse haud existimem, quam alii artis periti vident, nihilo tamen minus affirmare nullus dubito, experientiam botanicam proprio studio cultam atque sæpius repetitam non modo in accuratissima omnium generum cognitione plurimum valere, verum etiam artis peritos a turba compilatorum optime distinguere.

Postea quam vero varia impedimenta superaveram, tandem ipse de theoretica

quadam corporum regni vegetabilis dispositione & propria & facile addiscenda cogitare cœpi. *Vix enim ut PERILLUSTRIS LINNÆI verbis utar, * credo, ullos facili adeo natos esse memoria, ut absque systemate genera tenere queant. Parum autem refert, † qua methodo possumus pervenire ad genera facillima via. Ista reliquis præferenda est, quæ certiori tramite securius ad ea ducit, quæque maxime universalis est.*

Varia huncce in finem tentamina methodica suscepi fructificationi superstructa, nec pauca * profecto, secundum quatuor ista recepta artis fundamenta, sc. *numerus, figuram, proportionem atque situm.* Hisce rite inter se collatis satis abunde patuit: *Situm partium fructificationis indemonstrabili certitudine sua & universalitate atque constantia longissime superare numerum, figuram & proportionem; cujus*

a 4

* Gen. Plant. ed. 5. Præfat.

† Loc. Citat.

* XX. XXV.

rei mentionem jam olim fecit laudatissimus LINNÆUS. Omnium maxime consentientem in hoc puncto igitur non modo habeo illum, verum etiam recentissimum auctorem GERARDUM, peregre-gium magni JUSSIEUI discipulum, qui *de methodica situs partium fructificationis præstantia* ita locutus est! *

„ Systematici queis arridebat ea fruc-
 „ tificationis pars, quæ suis methodis
 „ compingendis prælucebat, de ejus va-
 „ riis formis undequaque solliciti, acci-
 „ dentalibus sæpe, æque ac constantibus
 „ freti, varietatibus nullatenus atten-
 „ dentes, fallaces notas assumpserant;
 „ nempe numerum sæpissime incertum,
 „ proportionem, quæ vix requiri
 „ debet; „

„ *Situm vero, per quem fere semper*
 „ *constat, cujus generis sit, sub qua classe*
 „ *militet, & cur differat planta, negle-*
 „ *xerunt, licet situs partium non ludat,*
 „ *& certissimæ notæ præbeat indicium.* „

* In Flor. Gallo-Provincial. Præf. XIII.

Quamobrem redeo illuc, & concludo paucis: quæcunque pars fructificationis luxuriei minus est obnoxia, quam alia, ista non modo in constructione characteris generum maximam utilitatem præstat, verum etiam classium fundamentum constituit reliquis longe certius: atqui stamina, ergo &c. Situ itaque ejusque differentia adplicato ad stamina, quæ calyci & corollæ opposita aut alterna, basi sua varie atque aperte sunt inserta.

RECEPTACULO *fructificationis & floris proprio*, a reliquis partibus plane distincto,

COROLLÆ *petaloideæ*,

CALYCI *fructificationis & floris proprio*,
&

PISTILLO,

Systema plantarum artificiale enatum est, præ reliquis a me antea constructis optimum mihi visum.

Primam hujus systematis ideam anno 1749. cum *Illustrißima Academia Regia*

Scientiarum Berolinensi & postea anno 1751. in Actis Academiae cum botanophilis ipsis communicavi. Perfectionem enim naturalis exoptatissimi systematis, (*id quod tamen sero veniens aliquando dies forsitan revelabit,*) ne expectare hisce temporibus unquam sum ausus. Interim tamen egregie falluntur quidam, rebusque discentium minus bene consulere videntur, qui omnia systemata artificialia nauseantes, serio contendunt: „*artis tyrones vera* „*clave ad methodum naturalem nondum* „*detecta, omni systemate facilius carere pos-* „*se, immo potius debere quam succedanea* „*quadam methodo uti.* „ Quamobrem nec me multum commovent hujus fortis critici ostentatores, qui nihil unquam pariunt; cum tamen semper parturiunt.

Viginti itaque minimum anni præterierunt, a quo tempore tentamen methodicum primo institueram, decem autem & tres anni elapsi sunt, a quo illud Actis Academiae Regiae Scientiarum est insertum. Po-

Istea vero insignis iste perfectionis gradus, ad quem hodie evehctam esse scientiam botanicam omnes novimus, peregregiam mutationem induxit systemati meo plantarum. Numero enim novarum specierum indies adaucto characteres plurium generum naturales sunt correcti, variaque emendatione magis determinati, facticii vero sensim destructi atque sublati.

Multorum præterea generum affinitates evanuerunt, antea sæpius putatitiæ, dubiæ vero vel maxime obscuræ nunc plures patent, quibus cognitis atque perspectis botanici in posterum meliora poterunt præstare in dispositione generum & ordinum naturalium, suæque systemata usui tyrorum certius adaptare. Hoc longe facilius eoque quidem magis in methodo quacunque genuina plantarum procedat necesse est, quo naturali characteribus exculcto utuntur, tanquam præstantissimo fundamento, licet methodus ipsa centenas mutationes patiatur.

Ultimam ergo manum operi admove-
 re volui, cujus desideratam hæcenus evul-
 gationem aliquamdiu consulto neglexi, &
 nobilissima recentiorum inventa in meos
 etiam usus convertere nullus dubitavi:
 multa sc. paulo aliter disponendo plenius
 illustravi quam antea factum, paucula mu-
 tavi, & quamplurima eaque recentissima
 plantarum genera de novo plane addidi,
 quorum omnium characteres a *Linneo*,
Jussieuo, *Hallero*, *Ludwigio*, *Læflingio*, *Os-
 beckio*, *Hasselquistio*, *Jaquino*, *Brownio*,
Buttnero, *Gerardo*, *Schrebero*, *Gronovio*,
Bæhmero, *Scopoli*, &c. Viris consumata
 eruditione ac meritis illustribus, meque
 ipso & aliis in arte peritis partim elaborati
 sunt, partim recepti: Generum istorum
 numerus cum reliquis ad millesimum du-
 centesimum & vigesimum secundum ac-
 cedit, ut nunc pacatis magis rebus * sy-
 stema plantarum revisum tanquam restau-
 ratum & novum in publicum prodeat.
 Præcipuam autem præ aliis botanicis, qui

* *Linu. Phil. Bot. apt. 102.*

characteres florum tradiderunt, *Osbeckius* meretur laudem, exinde quod in omnibus florum descriptionibus, quas ejus industriæ debemus, situm & insertionem staminum accuratissime semper annotavit; adeo ut ex hoc capite methodus nostra plantarum multum ei referat acceptum.

De universalitate atque dignitate fundamenti systematis non habeo quod moneam, observationes autem nonnullas de staminum situ ejusque differentiis in gratiam discipulorum adducam, quibus intellectus e dubiis facillime se expedire valebunt.

Florum essentiam stamina quo ad antheras constituunt, fructificationis autem, quando in uno eodemque thalamo proprio cum stigmate & germine sunt conjuncta. Nunquam ergo secundum naturæ leges deficiunt, nec sine imperfectione deficere possunt. Interdum stamina carent filamentis, antheris sessilibus in parte quadam fructificante relictis: *luxuriei vero minus exposita sunt, quam reliquæ par-*

tes florum, situmque semper obtinent proprium atque constantem in certa quadam fructificationis parte.

Staminum situs semper involvit eorundem exortum & insertionem. Stamina enim quando in hac vel ista singula atque distincta fructificationis parte ortum habent, eidem insident, sive in istam aperte inferuntur: aut quod unum idemque denotat, situm suum proprium occupant in ista atque retinent; licet aliquando cum aliis partibus sub ipsa insertionem aut extra eandem in progressu varie coalescant. Quæcunque igitur stamina ortum v. gr. e receptaculo fructificationis aut floris proprio tanquam e basi propria trahunt, situm verum & proprium in alia quacunque parte simul nunquam habent. Omnis ergo coalescentia staminum hujusque species, cum corolla, calyce aut pistillo extra locum originis aperte contingens, longissime differt a situ vero & proprio, systematis mei fundamento, cum quo nulla unquam ratione debet confundi.

Quodsi igitur filamenta in floribus *Mirabilis Rivini* & *Limæi* basi sua intra nectarium thalamicum sunt inserta, nectarium vero vix egressa cum tubo corollæ monopetalæ interius coalescunt, cum quo etiam defluente (peracta fœcundatione) decidunt, *Mirabilis* dubio procul ob staminum originem atque situm ad plantas *thalamostemonas* pertinet; *petalostemonas* vero ob solam istam coalescentiam filamentorum cum petalo extra thalamum factam ingredi nequit.

Simili plane modo oriuntur filamenta a se invicem distincta in ipsa corolla monopetala *Nerii* vulgaris, antheris in apice supra stigma conniventibus, cum quo firmiorem coalescentiam subeunt; nihilo tamen minus genus *Nerii petalostemonum* classi inferendum esse iudicio, non *stylostemonum*. Sic uti vero numerus, figura & proportio partium fructificationis cum situ earundem tanquam coexistentia se invicem minime negant, neque tollunt, ita etiam situs staminum nunquam excludit omnes

istas variantes & possibiles coalescentias filamentorum aut antherarum, quæ extra locum originis contingunt vel accidere aliquando possunt.

Omnis fructificatio *Thalamostemonis* vel floribus gaudet *completis & incompletis*, vel *apetalis nudis*, & *corollatis*, *monopetalis* aut *polypetalis*: stamina vero extra situm proprium & immutabilem vel *a se invicem prorsus distincta atque libera* sunt, nec in ulla quadam parte cohærent, vel inter se tantum aliqua parte, aut cum aliis fructificationis partibus simul coalescunt.

Staminum situm duplicem in ambitu thalami tam fructificationis quam floris proprii observamus, quorum prior in ipsa corolla petaloidea, sive *interiori florum velamento* contingit, alter autem in *velamento florum externo*, quod calyx fructificationis aut floris est, & nomine specifico perianthium appellatur. Prioris speciei fructificatio *Petalostemonis*, uti posterioris *Calycostemonis* audit. In *Petalostemoni* sta-
mina

mina situm occupant tam in floribus *peta-
loideis completis & incompletis*, quam in
monopetalis & polypetalis veris: de specie-
bus corollæ dubiis atque obscuris nihil
certi statuere possum. Licet autem situs
iste staminum in fructificatione *Calycoste-
moni* simili modo procedat, in dubio ta-
men casu minus absolum erit, corollas ob-
scuras nec facile determinandas pro pe-
rianthiis habere.

Quando stamina partibus pistilli aperte
inseruntur, speciem fructificationis consti-
tuunt plane singularem, quæ *Stylostemonis*
vocatur, & quæ citra omnem exceptionem
*in receptaculo fructificationis tantum pro-
prio* contingit, nec in alio floris aut fructus.
*Deficiente igitur pistillo in thalamo, stylos-
temones non dantur*, ergo neque in floribus,
aut plantis sic vocatis relativis, in quibus sc.
stamina toto thalamo a pistillis separantur.
Contradictionem itaque involvit, *dari sty-
lostemones veras in fructificationibus dioi-
cis; Andrachne* propterea monoica & Clu-

tia dioica aptius referuntur ad *plantas stylothalamicas*. *Thalamus* namque *fructificationis* aut *floris proprius columnaris, styliformis, linearis &c.* vel potius singularis ista productio, quæ sc. e centro thalami interdum assurgit sub varia forma & facie, aut solo germine terminatur, staminibus in ambitu & fundo relictis brevioribus, aut stamina tantum sustinet imposita vel circumposita. In floribus nonnullis germina thalamum styliformem circumdant, in aliis stylus thalamicus in apice staminibus & germine tectus est; conditio reliquarum partium floris sæpius singularis est & varia, nec respicit pistillum.

Receptaculum fructificationis & floris proprium sive thalamus aut reliquas partes fecundantes vel omnes ac singulas conjungit, tanquam basis atque fulcrum officinae fecundationis in vegetabilibus, aut saltem necessarias & potiores sustinet: *ergo in omni flore adest*. Secundum naturalissimam structuram insertionis staminum in receptaculo res ita est comparata,

ut pistillum in centro positum a staminibus circumdetur; stamina vero pro varia receptaculi figura, expansione, dispositione atque divisione discum occupant, in aliis marginem, in quo scilicet in circulum sunt digesta.

Quandoque pro varia insertione filamentorum aut corollæ receptaculi margo in anulum elevatur, plus minus crassum, membranaceum, integerrimum, vel eminentiis atque denticulis varie coronatum. Rariora hujusmodi structuræ exempla aliquandoprehendimus v. gr. in *fructificatione Thalamostemoni Decanthera* aut *Polyanthera* cet. si v. gr. corolla pentapetala cum decem staminibus adest, quorum quinque alterna & a petalis distincta cum denticulis annuli thalamicimembranacei cohærent, reliqua autem stamina quæ petalis opposita sunt, atque cum unguibus connexa, aliis denticulis alternis inseruntur. In floribus generum istorum fœmineis petala tantum quinque denticulis insi-

dent, reliquis denticulis quinis prorsus nudis relictis. Petala autem cum dentibus annuli thalamicici ita cohærent, ut commode & absque ulla vel minima dilaceratione separari possint, & singuli filamenti insertio in singulum denticulum in conspectum veniat. Distinguenda itaque etiam in hisce exemplis *insertio staminum, a coalescentia ista alterna unguium petalorum*, quæ sub ipsa insertione & circa locum insertionis communem contingit.

Porro centrum receptaculi de quo superius dictum est, in multis floribus modo in conum, globum, cylindrum, modo in stylum aut variæ formæ processum linearem vel capillarem elongatur, cujus apex aut solo germine aut staminibus terminatur, nec non hisce simul positis atque conjunctis. *Omnis autem hujusmodi sortis stylus sub germine situs, pistilli pars proprie vix unquam est, sed potius portio thalami centralis in stylum producta, quæ hanc ob rem in charactere generum vel classium loco styli in usum vocari non potest: Sty-*

lus namque verus sede, loco & usu naturali quam maxime est distinctus. Passiflora ergo cum aliis stylothalamicis & reliquis omnibus, quæ staminum situ conveniunt, & germinibus aut fructibus pedicellatis gaudent, ad thalamostemones pertinent.

Organa autem singularia quædam atque distincta aliquando observantur in receptaculo, corolla, calyce & pistillo, immo in ipsis plurium florum staminibus, a receptione & secretionem liquoris mellei *Nectaria* Linneo dicta. Ista organa partibus jam indicatis sæpius propria sunt, & ab illis ipsis non raro formantur. Dantur propterea *nectaria* florum *receptaculacea*, *corollacea*, *calyciua*, *pistillacea*, aut *staminea*, numero, figura, proportione atque proprio situ & peculiari satis insignia, quibus filamenta aut antheræ tanquam partibus priorum inferuntur. Quodsi igitur stamina e nectario distincto hujus aut illius partis fructificantis ortum habeant, genus plantæ semper eandem systematis classem ingrediatur necesse est, cujus fundamen-

tum pars ista fructificationis constituit, in
cujus sc. nectario proprio stamina situm
obtinent.

In præcedentibus de *differentia inter situm atque exortum staminum verum istamque coalescentiam, quæ extra locum insertionis accidit*, jam verba feci, nec de ista nunc loquor. Alia vero coalescentiæ species hoc loco notanda est, cujus ope integra stamina extra situm connectuntur, aut solis filamentis aut antheris sunt connata. Satis notam, distinctam atque in generibus obviam esse arbitror, istam coalescentiam filamentorum, quæ fructificationes *Symphostemones Ordinis XIII. Systematis mei* in classibus duabus primis constituit. Altera ejusdem species ipsas antheras in unum corpus tubulosum sæpius integerrimum connectens, (quod scil. apice aut basi nonnunquam dehiscit,) fructificationes istas numerosas efformat, quæ *Symphyantheræ* vocantur & in ordinem XIV. sunt dispositæ.

Hisce paucis *de situ staminum* in diversis quatuor fructificationis partibus observando, & nexu atque coalescentia istorum differente me scopo præfixo nunc satis fecisse puto. Nequis autem consulto ea me omisisse existimet, quæ systematis constructionem quodammodo illustrent, dicendorum rationem brevissimis explicabo.

Habetis ergo L. B. systema plantarum fructificationi superstructum & vestri commodi causa elaboratum, de quo in præcedentibus jam plura locutus sum, cujusque conspectum præfationi adjeci. Duabus partibus componitur & classibus octo, quarum quidem prima cum secunda reliquis amplior existit, istas vero ordinibus quatuordecim aptis ita divisi, ut discentes ope sectionum tuta atque facili via ad genera ipsa perducantur.

Fructificatio primæ classis, quæ Thalamostemonis audit, gaudet staminibus in receptaculo fructificationis & floris proprio & distincto, aut ejus nectario distincto exor-

tis, generaque a botanicis determinata (610.) continet. Secundæ classis fructificatio ab *insertione staminum in corollam petaloideam aut ejus nectarium proprium atque distinctum Petalostemonis* vocata, comprobatur generibus 467. Classis tertia exhibet fructificationes *Calycostemones*, sive istas a naturalissima structura differentes, quarum stamina situm verum *in calyce fructificationis & floris vel nectario ejusdem proprio atque distincto* habent. Pauca genera hujus classis, (circiter 77.) hodie innotuerunt, quæ Ordinibus VIII. facile disposui; sed plura fortassis e thalamo- & petalostemonum classibus huic inferenda forent, quæ tamen in floribus exoticis sicis dubie saltem atque imperfecte cognoscuntur. * Fructificationes quartæ classis

* Exemplo nobis esse poterit *OSBECKIA*, in *Gen. Plant. Linn. ed. V. pag. 162. ad Class. VIII. Octandr. Monogyn.* & a me ipso in *System.* inter thalamostemonas sub n. 339. relata, confer *Linn. Syst. Nat. ed. X. pag. 998.* quæ ad *Calycostemones octantheras* transferri & post *Rhexiam* no. * 1104. collo cari debet: quin notante ipso *OSBECKIO* in *itiner. chinensi* pag. 214. & petala & stamina calyci inserta sint, quod sub elaboratione systematis per inadvertentiam præter visum fuit.

quæ *structura singulari & peregrina* ab omnibus reliquis prorsus recedunt, omnium profecto paucissimæ sunt & tantum per VI. ordines dispositæ in generibus (13). occurrunt.

Quodsi autem naturalissima fructificationis structura (sive numerum & figuram sive proportionem & situm in quavis singula parte concernat) a pluralitate existentium desumenda est, *quæ sci!. in plerisque plantis existit* *, prima classis systematis mei naturalissimo superstructa est fundamento, cui classem secundam quam proxime accedere existimo. Classes propterea binæ priores systematis ob majorem & necessarium generum affinium concursum amplissimæ omnino sunt, reliquæ autem minores vel minimæ; nihilo tamen minus, sicuti *sola multitudo per se & extra affinitatem considerata, nec unquam genera naturalia conjungit, nec classium aut ordinum naturalium fundamentum proprie constituit*, ita etiam *solus auctior numerus*

* vid. Linn. Phil. Bot. §. 92. 93.

nullam separationem specierum a genere naturali, nec generum per structuram ininter se affinium a classe naturali indicat. Omnis enim affinitas generum major vel minor, conjunctionem secundum diversos gradus utique supponens, separationem quamcunque tanquam affinitati contradicentem prorsus negat.

Interim tamen licet ipse facile concedam, copiam generum in una alterave systematis classe maxime auctam aut nimiam classium inæqualitatem valde esse ingratham. Verum, quod si mihi dicendum quod res est, firmiter ego sum convictus, numerum generum auctiorem & classium inæqualitatem tyronibus difficultates omnino quidem parere posse, sed pro differentia sc. methodi, & principiorum universalitate atque constantia non semper, neque plures, & aliquando paucas vel nullas. Testes hujus rei instar omnium esse poterunt Classes artificiales, numero quinario superstructæ, aliæque, cum ordinibus maxime naturalibus, v. gr.

labiatorum & rictiformium, coniferarum, amentaceorum, graminum, cruciformium, liliacearum, Orchidearum, umbelliferarum, papilionaceorum, filicum, muscorum, fungorum &c. Quis autem est, qui serio statuatur, vel doctrinæ cujusdam gravitate singulari suffultus comprobare audeat, *omnia in quavis methodo semper arbitraria esse?* Naturales propterea species, (hoc est, quæcunque tam habitu quam fructificatione simul conveniunt,) omni characterē neglecto, a suis generibus separari omnino posse, quibus secundum assumpta principia inserta sunt: ista vero genera omnia quæ characteris valore sub una eademque classe sunt conjuncta, aut saltem disponenda forent atque tradenda, a congeneribus posthabita omni affinitate ob solum numerum majorem tota classe separari debere.

Classes plantarum nimis diffusæ & generum confluxu adauctæ, etsi quidem aliquando majorem molestiam discipulis in methodo creant, multò tamen minus so-

lus generum numerus tyrones unquam turbabit, quam enormis ista *confusio atque distorsio characteris, in constructione generum sæpius facta*, aut ipsius characteris naturalis defectus. *Confusis namque generibus omnia confundi necesse est!* recte monuit *optimus Linnæus* *. Amplitudini autem classium apta dispositione generum & subdivisione mederi omnino possumus, studioque tyronum adeo facile succurrere, ut certa profecto facilique via ad veram generum cognitionem perveniant.

De altera systematis parte dicendum restat, istam æque ac de priori jam dixi, quatuor classibus esse compositam, quæ tamen pauca tantum genera (52.) complectuntur. Plura equidem detecta non sunt, neque ab auctoribus rite determinata: interim tamen dubium non est fore, quin novis *Filicum, Muscorum, Algarum* atque *Fungorum* speciebus nova quoque genera sensim accedant. Integra ista systematis pars in methodis aliorum unicam tantum clas-

* Plant. e *Cæsalpin.* in Præf. II. ed. 5. Gen.

fem constituit, & IV. hujus classes ab aliis ordines dicuntur. Plantas autem istas omnes ego mutatis mutandis ad alteram systematis partem demandavi, quarum *fructificationes aut parvitate sensus subterfugiunt, immo oculorum aciem ob summam minutiem prorsus eludunt, aut modo nobis obscuro, incognito atque plane occulto fecundationem absolvunt.*

Classis quinta systematis, quæ prima alterius ejusdem partis existit, plantas continet, fructificatione *Filicina* gaudentes, & quidem

- a. *amentacea,*
- b. *spicata.*
- c. *frondosa,* atque
- d. *radicali.*

quæ vulgo *Filices* audiunt. Genera 17. *Tournefortio* & *Linneo* debentur, partim mea sunt; quibus tamen *Equiseti* genus dubitanter addidi.

Sextam classem vegetabilium genera 16. ingrediuntur, quorum fructificationes sunt *Muscose*, (*Musci*)

- a. *nudæ.*
- b. *calyptrata.*
- c. *calyculata.*

quasque exposuerunt præsertim *Michelinus*, *Dillenius* atque *Linneus*.

Septima classis genera 7. *Linneana* comprehendit, quæ fructificatione *Algaea*, donantur. (*Algæ*)

- a. *nuda.*
- b. *vesiculari.*
- c. *fibrosa.*

In classe octava vegetabilia sunt disposita, ab omnibus fere priorum classium habitu externo, fructificationibus reliquisque proprietatibus prorsus diversa. Fructificationum species vocatur *Fungosa*, (*Fungi.*)

- a. *superficialis.*
- b. *receptaculacea.*
- c. *obvelata.*
- d. *occultata.*

Genera sunt XII. de quibus ego in *Methodo* mea *Fungorum* inæ potiora exposuisse opinor.

Ob summam itaque minutiem partium fructificationis, quæ cum structura plane insolita atque peregrina in omnibus quatuor posteriorum classium individuis fere semper conjuncta est, genera ipsa *explicationem certam atque sufficientem secundum staminum theoriam nondum concedunt.* Maxima potius obscuritas & observationum genuinarum raritas rem indicat, nec

exigui temporis, & magni profecto laboris. Plerosque enim laborum magnitudo terret, & æmulandi studium ipsa rei difficultas imminuit.

Valdopere interea placent inventa recentiorum virorum nonnulla, in quibus abundat ingenium, usus diuturnus, doctrinæ iudicium, id quod tentaminum subtilitas & elegantia indubie satis declarat: quibus propterea omnibus ac singulis sua laus, suus honor suumque maneat decus. Sæpius quidem ut fit, alienis oculis omnino fidendum est; attamen quidam calamo venali nova de *Filicibus*, de *Muscis*, *Algis* & *Fungis* cet. scribunt, qui tamen nunquam fere facilius, nunquam audacius solent scribere, quam cum nihil habeant, quod scribant; quarum specimina intacta semper relinquo. Atque hæc quidem de systemate in gratiam tyronum dicta sufficiunt.

Interim tamen vere dico, nihil mihi adscisco, nihil arrogo insolenter, quod meum non est. Cum omnibus potius & istis præsertim libere ago atque candide, qui rem herbariam diligunt & absque vano pruritu fingendi atque refingendi rite colunt: rem profecto pulcherrimam, cujus me

quoque dignitas atque utilitas utique olim cepit adolescentem, & in quam amor cum ætate simul valdopere crevit. Voculas autem raucæ plebeculæ æquo animo ferendas esse existimo, quidque læves, atrabilarii exploratores, & obscuri homines de meis laboribus sentiant, qui partium & infectandi studio abrepti etiam *de aliorum artis peritorum meritis atrocius loquantur*. A mea namque natura & consuetudine olim longissime abfuit, alios erudire & emendare, qui majorem ex innani quadam ostentatione quam ipsa veritate voluptatem capiunt, & omnia ex suæ naturæ proprio vitio aut ignorantia in deteriores partem interpretantur.

Volo autem L. B. vobis esse liberam in utramque partem judicandi facultatem; quod si ergo mea forsan improbare volupe videtur, si recte sentitis & modeste monetis, habebo gratiam; errare namque possum. Addat vero humanitas, ingenium benevolentia vestra, quod in laboribus meis desiderari potest, *de quibus augendis, immutandis & emendandis hactenus ipse semper cogitavi*.



CLAVIS CLASSIUM.

Omnis

FRUCTIFICATIO VEGETABILIIUM
 MONOCLINA & DICLINA,
 secundum structuram triplicem explorata,

est vel

PHÆNOSTEMONIS.

I. THALAMOSTEMONIS.

2. PETALOSTEMONIS.

3. CALYPOSTEMONIS.

4. STYLOSTEMONIS.

CRYPTOSTEMONIS.

5. FILICINA.

6. MUSCOIDEA.

7. ALGACEA.

8. FUNGOIDEA.



CLASSIUM CHARACTERES.

FRUCTIFICATIO

PHÆNOSTEMONIS vocatur patens, si-
ve aperta.

I. THALAMOSTEMONIS.

a *θαλαμος* Receptaculum & *σήμων*
Stamen.

Si stamina Receptaculo Fructificationis aut
floris proprio inferuntur * ejusque Nectario
distincto; rarissime vero Receptaculo quo-
quodam communi.

* vid. Malpigh. Op. pag. 62. Tab. 29. Fig. 169. lit. E.

63. Tab. 30. Fig. 78.

64. Tab. 32. Fig. 192. lit. B.

193. lit. D. E.

Tourn. Inf. Tab. 1. 69. lit. C: 133. lit. A:

124. lit. G. H: 125. lit. L. M. N.

O. P. Q: 121. lit. C: 143. lit. E:

148. lit. E: 167. lit. B.

2. PETALOSTEMONIS.

a *πεταλον* Folium Floris corolla-
ceum & *σήμων* Stamen.

Si stamina Corollæ aut ejus Nectario di-
stincto inferuntur *.

* vid. Malpigh. Op. pag. 62. Tab. 29. Fig. 173. lit. A. B. C.

58. Tab. 24. Fig. 137. lit. B.

25. Fig. 147.

Tourn. Inf. Tab. 2. lit. F. 1. 2. 3. 4. 5: 3. lit. D. G:

27. lit. A. B. C: 179. lit. A. B: 486. lit. A:

424. lit. D. E: 23. lit. A. C. D:



3. CALYCOSTEMONIS.

a κυλιξ Calyx & σήμων Stamen.

Si stamina Perianthio f. Calyci Fructificationis vel Floris proprio inferuntur, * aut ejus Nectario distincto.

* vid. Malpigh. Op. pag. 63. Tab. 30. Fig. 175. lit. A. A:

176. lit. A. B:

177. lit. A. B:

65. Tab. 32. Fig. 200. lit. A:

199. lit. C. D:

77. Tab. 74. Fig. 251.

63. Tab. 33. Fig. 205.

Tourn. Inst. Tab. 408. C: 402. C: 365. lit. E. F:

4. STYLOSTEMONIS.

a σηλιξ f. σήλος Columella &
σήμων Stamen.

Si stamina Pistillo * ejusve Nectario distincto inferuntur.

* vid. Malpigh. Op. pag. 62. Tab. 29. Fig. 172.

lit. A. C. D.

CRYPTOSTEMONIS occulta, obscura
& sæpius dubia; a priori tamen semper quam maxime distincta.

5. FILICINA.

in amentis; in frondibus explicatis aut contractis; in spicis distinctis; in foliis radicalibus, vésiculis & peltis.

vid. Tourn. Inst. Tab. 312. 315. 316. 317. 318.

310. 324. 325.



6. MUSCOIDEA.

intra cavitates folliculorum antheriformium; an in multis vivipara? conf. Dillen. Hist. Muscor.

7. ALGACEA.

in corporibus granulosis, tuberculis, vesiculis aut peltis varie formatis atque dispositis.

vid. icon. in Nov. Gen. Plant. Michel.

8. FUNGOIDEA.

aut in superficie & receptaculis, aut intra cava & ipsam substantiam corporum, ab omnibus reliquis totius regni vegetabilis tam habitu peregrino quam figura omnium facile inconstantissima distinctorum.

vid. Meth. Fungor. nostr. Tab. 1. 2. 3. 4. 5. 6.
& confer. cum laudatiss. Michel.



ORDINES IV. priorum Classium Systematis desumuntur a parte floris essentiali, scilicet a staminibus, eorumque

ANTHERIS

a. a se invicem distinctis, secundum numerum:

1. MONANTHERA

fructificatio est, si unicum stamen in singulo receptaculo fructificationis aut floris tantum observatur.

2. DIANTHERA,

si stamina duo adsunt.

3. TRIANTHERA,

— — — terna.

4. TETRANTHERA,

— — — quaterna.

5. PENTANTHERA,

— — — quinque.

6. HEXANTHERA,

— — — sex.



7. HEPTANTHERA,
— — — septem.

8. OCTANTHERA,
— — — octo.

9. ENNEANTHERA,
— — — novem.

10. DECANTHERA,
— — — decem.

11. DODECANTHERA,
— — — duodecim.

12. POLYANTHERA,
— — — plura.

b. FILAMENTIS in singulo receptaculo fructificationis aut floris inter se coalitis, quæ species fructificationis singularis appellatur



13. SYMPHYSTEMONIS.

- vid. Malpigh. pag. 63. Tab. 30. Fig. 179. lit. A. C. D:
59. Tab. 25. Fig. 149. lit. B.
Tab. 30. Fig. 180. lit. B. C.
77. Tab. 43. Fig. 248.
- Tourn. Inst. Tab. 23. lit. A. C. D.
27. lit. A. B. C.
209. lit. M. N.
226. lit. C.
232. lit. C. D.
394. lit. C.

c. ANTHERIS tantum in singulo receptaculo fructificationis aut floris inter se coalitis. Hujusmodi fortis fructificatio singularis vocatur

14. SYMPHYANTHERA.

- vid. Malpigh. pag. 63. Tab. 30. Fig. 181. lit. C. D. E.
Fig. 182. lit. B. C.
65. Tab. 33. Fig. 207. lit. C.
pag. 68. Tab. 36. Fig. 226.
- Tourn. Inst. Tab. 2. lit. F. Tab. 3. lit. D. O. P. P.

SECTIONUM fundamenta pro variante characteris naturalis conditione & numero generum, sub uno eodemque ordine ulterius subdividendorum, in nostro systemate facile largiuntur.

i. RECEPTACULUM fructificationis & floris, tam proprium, quam commune, secundum situm & species.



2. CALYX fructificationis & floris, tum proprius, tum communis, secundum species, numerum & compositionem.

3. COROLLA, secundum species, numerum, figuram, proportionem & compositionem.

4. STAMINA, secundum directionem, proportionem & coalescentiam variam.

5. PISTILLUM, secundum germinis numerum & stigmatis figuram.
 (Loco styli deficientis stigma in caractere ejus locum occupat.)

6. PERICARPIUM, secundum species, figuram & numerum loculamentorum.

7. SEMEN secundum species & numerum.

Ordines Classium IV. posteriorum hac vice tantum delineavi, explicatione illorum omiffa. Plenior eorundem cognitio longe est præstantior, quo botanophilos hortor, ut aliquam omnino transferant, industriæ suæ partem.



CHARACTERES GENERUM mutatis mutandis novisque hinc inde additis, e naturalibus sunt collecti, quos elaboravit & edidit PERILLUSTRIS LINNÆUS. Sæpius autem aliter sunt constructi e propriis observationibus, & magis determinati; id quod conferenti facile patebit. Ut vero certo certius consulerem rationibus discentium, differentiam sexus vegetabilium, in generum caractere examinantibus ubique obviam, sequentibus signis indicare optimum mihi est visum.

♂. denotat plantam HERMAPHRODITAM.

♂. - - florem MASCULUM.

♀. — — FOEMINEUM.

∩. plant. ANDROGYNAM f. MONOICAM.

⊙. — DIOICAM.

⊕. — POLYGAMAM.

†. florem neutrum f. genitalibus orbem.



CLASSIS I.
 THALAMOSTEMONES.

MONANTHERÆ.

a. *Floribus simplicibus.*

Hippuris.
 Salicornia.
 Corispermum.
 Ceratocarpus.
 Callitriche.
 Blitum.
 Chara.
 Zannichellia.

b. *Floribus glutinosis.*

Cinna.

c. *Floribus amentaceis.*

Cynomorium.

DIANTHERÆ.

a. *Floribus simplicibus.*

• *Hypocarpia.*

Lemna.
 Fraxinus.

** *Epicarpia.*

Circæa.

b. *Floribus glumosis.*

Anthoxanthum.

c. *Floribus amentaceis.*

Salix.

Cecropia.

d. *Flosculis in spadicem simplicem collectis.*

Piper.

Vallisneria.

TRIANATHERAE.

a. *Floribus simplicibus, apetalis.*

* *Hypocarpia.*

Ortegia.

Omphalea.

Tragia.

Osyris.

Axyris.

Minuartia.

Queria.

Mollugo.

Phyllanthus.

Triplaris.

** *Epicarpia.*

Proserpinaca.

b. *Floribus simplicibus nudis.*

* *Hypocarpia.*
Wachendorfia.
Commelina.
Callisia.

** *Epicarpia.*
Ixia.
Ferraria.

c. *Floribus simplicibus completis.*

* *Hypocarpia.*
Læflingia.
Polycnemum.
Hippocratea.
Cneorum.
Hernandia.
Holoftcum.
Polycarpum.
Lechea.
Empetrum.

d. *Floribus glumosis hypocarpiis.*

a. *Glumis tantum calycinis, corollaceis nullis.*

CALAMARIÆ.

Schænus.
Cyperus.
Scirpus.
Eriophorum.
Carex.
Typha.
Sparganium.

β. *Glumis tantum corollaceis, calycinis nullis.*

G R A M I N A.

Nardus.

Sacharum.

γ. *Glumis calycinis & corollaceis præsentibus.*

* *Calycibus multivalvibus.*

Uniola.

Elymus.

Hordeum.

** *Calycibus bivalvibus.*

Panicum.

*** *Calycibus bivalvibus unifloris.*

Cornucopiæ.

Alopecurus.

Phleum.

Phalaris.

Paspalum.

Milium.

Agrostis.

Dactylis.

Stipa.

Aristida.

Lagurus.

Olyra.

Andropogon.

**** *Calycibus bivalvibus bifloris.*

Aira.
 Melica.
 Holcus.
 Ischæmum.
 - Secale.
 Coix.
 Zea.

***** *Calycibus bivalvibus multifloris.*

Poa.
 Briza.
 Festuca.
 Bromus.
 Avena.
 Arundo.
 Triticum.
 Cynofurus.
 Aegilops.
 Tripsacum.
 Apluda.
 Cenchrus.

***** *Calycibus univalvibus.*

Lolium.

e. *Floribus glumosis epicarpis.*

Lygeum.
 Bobartia.

f. Floribus aggregatis.

Eriocaulon.

Xyris.

g. Floribus amentaceis.

Excecaria.

Ficus.

h. Flosculis in spadicem collectis.

Elate.

TETRANTHERÆ.

a. Floribus simplicibus, tetrapetalis.• *Hypocarpia.*

Ptelea.

Tomex.

Tagara.

Melianthus.

Epimedium.

Hypecoum.

Hamamelis.

Crucita.

Bufonia.

Sagina.

Tillæa.

Myginda.

Potamogeton.

Trophis.

** *Epicarpia.*

Trapa.

Cornus.

b. *Floribus simplicibus monopetalis.*

Rhacoma.

Blairia.

Cissus.

c. *Floribus simplicibus apetalis.*

* *Hypocarpia.*

Rivina.

Salvadora.

Camphorosma.

Hippophæ.

Urtica.

Parietaria.

Ruppia.

** *Epicarpia.*

Anthospermum.

d. *Floribus aggregatis.*

Knautia.

e. *Floribus amentaceis.*

Betula.

Myrica.

Batis.

Morus.

f. Flo-

*f. Floribus congestis in receptaculo
communi.*

Dorstenia.

Centella.

* * *

Buxus.

PENTANTHERAE.

a. Floribus simplicibus, pentapetalis,

a. Perianthio monophyllo.

Ceanothus.

Celastrus.

Evonymus.

Diosma.

Byttneria.

Hirtella.

Cedrella.

Mangifera.

Hedera.

Vitis.

Heuchera. (ad Calycost. 5 —

Rhus. anther. post 1091.)

Cassine.

Staphylæa.

Tamarix.

Sarothra.

Drypis.

Parnassia.

Barreria.

Aldrovanda.

Drosera.

β. *Perianthio pentaphyllo.*

Hartogia.
 Sauvagesia.
 Ayenia.
 Nama.
 Alfine.
 Telephium.
 Spathelia.
 Corrigiola.
 Astronium.
 Andrachne.
 Clusia.
 Passiflora.
 Linum.
 Myofurus.

γ. *Perianthio triphyllo.*

Cupania.
 Anabasis.

δ. *Perianthio diphylo.*

Claytonia.
 Irrefine.

b. *Floribus simplicibus, monopetalis.*

Mirabilis.
 Lobelia. *Plum.*
 Azalea.

c. *Floribus simplicibus, apetalis.** *Hypocarpia.*

Ceratonia.

Achyranthes.

Celosia.

Trianthema.

Illecebrum.

Cannabis.

Ulmus.

Bosea.

Celtis.

Herniaria.

Beta.

Chenopodium.

Atriplex.

Amaranthus.

Pharnaceum.

Spinacia.

Antidesma.

Acnida.

Zanthoxylum.

** *Epicarpia.*

Nyssa.

d. *Floribus aggregatis.*

Conocarpus.

e. *Floribus umbellatis: Flosculis 5—petalis epicarpiis.*

a. *Umbellis simplicibus; flosculis 1—2—
f. 5—stylis.*

Phyllis.

Aralia.

Panax.

Solandra.

Hydrocotyle.

Lagæcia.

Eryngium.

Arctopus.

β. *Umbellis compositis; flosculis 2—stylis,
2—spermis.*

* *Involucro universali & partiali.*

Sanicula.

Astrantia.

Heracleum.

Oenanthe.

Echinophora.

Caucalis.

Artemisia.

Daucus.

Tordylium.

Peucedanum.

Ammi.

Hasselquistia.

Conium.

Bunium.

Athamantha.
 Bupleurum.
 Lasepitiū.
 Sium.
 Selinum.
 Cuminum.
 Ferula.
 Crithmum.
 Bubon.
 Cachrys.
 Ligusticum.
 Angelica.
 Sifon.

** *Involucris tantum partialibus; Universali nullis.*

Coriandrum.
 Scandix.
 Chærophyllym.
 Aethusa.
 Phellandrium.
 Imperatoria.
 Sefeli.
 Cicuta.

*** *Involucris nullis.*

Thapsia.
 Pastinaca.
 Anethum.
 Smyrnum.
 Aegopodium.
 Apium.
 Carvum.
 Pimpinella.

f. *Floribus amentaceis.*

Humulus.

Pistacia.

HEXANTHERAE.

α. *Floribus simplicibus, completis.*α. *Hexapetalæ, bacciferæ, hypocarpia.*

Berberis.

Leontice.

β. *Pentapetalæ, capsuliferæ, hypocarpia.*

Frankenia.

Velezia.

γ. *Tetrapetalæ, siliquosæ, hypocarpia.*I — *stylæ.*

Myagrum.

Vella.

Subularia.

Draba.

Lunaria.

Anastatica.

Lepidium.

Thlaspi.

Cochlearia.

Iberis.

Alyssum.

Clypeola.
 Biscutella.
 Peltaria.
 Vesicaria.
 Ricotia.
 Dentaria.
 Cardamine.
 Sifymbrium.
 Erysimum.
 Cheiranthus.
 Hesperis.
 Heliophila.
 Arabis.
 Turritis.
 Brassica.
 Sinapis.
 Raphanus.
 Bunias.
 Crambe.
 Isatis.
 Cleome.

3. *Tripetalæ, hypocarpia.*

Bursera.
 Tradescantia.
 Trillium.
 Triglochin.
 Rumex.
 Alisma.

4. *Dipetalæ, hypocarpia.*

Atraphaxis.

ζ. *Monopetalæ.*

Bromelia.

b. *Floribus simplicibus, incompletis.*α. *Perianthio nullo; floribus Spatha instructis.*

Leucojum.

Galanthus.

Amaryllis.

Allium.

Aphyllanthes.

β. *Perianthio Spathaque destitutis.*

Alstrœmeria.

Aloe.

Anthericum.

Ornithogalum.

Albuea.

Scylla.

Cyanella.

Gloriosa.

Erythronium.

Uvularia.

Fritillaria.

Lilium.

Tulipa.

Yucca.

Pisonia.

Medeola.

Helonias.

Veratrum.

γ. Apetalis.

Tamus.
 Calamus.
 Juncus.
 Scheuchzeria.
 Flagellaria.
 Rajania.
 Dioscorea.
 Smilax.
 Petiveria.

c. Floribus glumosis.

Oryza.
 Zizania.
 Pharus.

d. Flosculis congestis in Spadicem simplicem, nudum.

Acorus.
 Oiontium.

e. Flosculis congestis in Spadicem ramosum, Spatha instructum. PALMÆ.

Chamærops.
 Borassius.
 Corypha.
 Cocos.
 Phœnix.

HEPTANTHERÆ.

a. Floribus simplicibus.

Aesculus.

Limeum.

Septas.

b. Floribus amentaceis.

Saururus.

OCTANTHERÆ.

a. Floribus simplicibus, hypocarpis.

Mimusops

Tropæolum.

Bækea.

Acer.

Allophyllus.

Jambolifera.

Amyris.

Ximenia.

Lawsonia.

Melieocca.

Erica.

Weinmannia.

Mœhringia.

Galenia.

Paullinia.

Cardiospermum.

Sapindus.
 Coccoloba.
 Polygonum.
 Elatine.
 Paris.
 Rhodiola.
 Myriophyllum.

b. Floribus simplicibus, epicarpiis.

Vaccinium.
 Combretum.

ENNEANTHERAE.

a. Floribus simplicibus.

Casslytha.
 Laurus.
 Mercurialis.
 Butomus.
 Hydrocharis.

b. Floribus in spadicem ramosum collectis.

P A L M Æ.

Areca.

DECANTHERAE.

a. Floribus monopetalis.

Gaultheria.
 Rhododendron.

b. Floribus pentapetalis, fructu leguminoso.

Sophora.
 Anagyris.
 Cercis.
 Bauhinia.
 Hymenæa.
 Parkinsonia.
 Cassia.
 Poinciana.
 Cæsalpinia.
 Toluifera.
 Adenantha.
 Hæmatoxylum.
 Cynometra.

c. Floribus pentapetalis, fructu unicapulari.

a. Calycibus monophyllis.

Ruta.
 Clethra.
 Pyrola.
 Ledum.
 Hydrangea.
 Saxifraga.
 Dianthus.
 Saponaria.
 Gypsophila.
 Cucubalus.
 Silene.
 Lychnis.
 Agrostemma.

Oxalis.
 Penthorum.
 Kiggelaria.
 Neurada.

β. *Calycibus pentaphyllis.*

Zygophyllum.
 Monotropa.
 Cunonia.
 Cherleria.
 Arenaria.
 Stellaria.
 Ceraftium.
 Spergula.

d. *Floribus pentapetalis, fructu multica-psulari.*

Dictamnus.
 Tribulus.
 Fagonia.
 Quassia.
 Helicteres.
 Banisteria.
 Triopteris.
 Garidella.
 Sedum.

e. *Floribus pentapetalis, fructu carioso.*

Heisteria.
 Malpighia.
 Anacardium.

Averrhoa.
Spondias.
Coriaria.
Phytolacca.

f. Floribus apetalis.

Samyda.
Bucida.
Chrysofplenium.

g. Floribus nudis.

Copaifera.

DODECANTHERAE.

a. Floribus completis.

Rhizophora.
Garcinia.
Crateva.
Triumfetta.
Peganum.
Nitraria.
Portulaca.
Heliocarpus.
Reseda.
Euphorbia.
Menispermum.
Illicium.
Sempervivum.

b. *Floribus incompletis.*

Afarum.
 Bocconia.
 Datisca.
 Glinus.

POLYANTHERAE.

a. *Floribus simplicibus, completis.*α. *Tripetalæ.*

Sagitaria.

β. *Tetrapetalæ.*

Mammea.
 Papaver.
 Chelidonium.
 Capparis.
 Mefua.
 Clusia.
 Aëtæa.
 Cambogia.
 Calophyllum.
 Grias.
 Caryophyllus.
 Curatella.

γ. *Pentapetalæ.*

Menzelia.
 Vateria.

Sloanea.
 Cistus.
 Corchorus.
 Sarracena.
 Tilia.
 Ochna.
 Muntingia.
 Grewia.
 Elæocarpus.
 Plinia.
 Microcos.
 Symplocos.
 Pæonia.
 Reaumuria.
 Dillenia.
 Ranunculus.

δ. *Hexapetala.*

Argemone.
 Lagerflœmia.
 Thea.
 Liriodendron.
 Uvaria.
 Annona.

ε. *Octopetala.*

Sanguinaria.
 Michelia.

ζ. *Enneapetalæ.*
Podophyllum.
Magnolia.

η. *Decapetalæ.*
Bixa.
Decumaria.

θ. *Dodecapetalæ.*
Atragene.

ι. *Polypetalæ.*
Nymphæa.
Adonis.

b. *Floribus simplicibus, incompletis.*

α. *Calyce nullo.*
Rheedia.
Begonia.
Delphinium.
Aconitum.
Aquilegia.
Nigella.
Isopyrum.
Helleborus.
Trollius.
Caltha.
Anemone.
Thalictrum.
Clematis.
Hydrastis.

β. Corolla nulla.

Trewia.
 Prockia.
 Lætia.
 Delima.
 Seguieria.
 Theligionum.
 Ceratophyllum.
 Calligonum.
 Cliffortia.
 Tetracera.

c. Flosculis in amentum digestis.

Quercus.
 Juglans.
 Corylus.
 Carpinus.
 Platanus.
 Liquidambar.
 Fagus.
 Populus.

d. Flosculis in spadicem simplicem digestis.

Arum.
 Dracontium.
 Pothos.
 Zosteria.

*e. Flosculis in spadicem ramosum
digestis.*

Caryota.

SYMPHYSTEMONES.

a. *Floribus simplicibus, ringentibus.*

Monniera.

Fumaria.

Polygala.

b. *Floribus simplicibus, papilionaceis.*
10 — *antheræ*, 1 — *stylæ*, *leguminosæ.*a. *Staminibus omnibus connexis.*(1.) *Stigmate imberbi.*

Amorpha.

Ebenus.

Securidaca.

Nissolia.

Erythrina.

Piscidia.

Genista.

Borbonia.

Aspalathus.

Ononis.

Crotalaria.

Lupinus.

Anthyllis.

Aeschynomene.

(2.) *Stigmate pubescente.*

Spartium.

β. *Staminibus novem (inferioribus) coalitis, decimo (supremo) libero.*

(1.) *Stigmate pubescente.*

Robinia.

Colutea.

Phaseolus.

Dolichos.

Orobus.

Pisum.

Lathyrus.

Vicia.

(2.) *Stigmate imberbi.*

• *Leguminibus unilocularibus.*

Cytisus.

Ulex.

Arachis.

Glycyrrhiza.

Indigofera.

Galega.

Clitoria.

Lotus.

Trigonella.

Cicer.

Ervum.

Trifolium.

Pisforalea.

Geoffrea.

•• *Leguminibus subbilocularibus.*

Glycine.

Astragalus.

Phaca.

Biserrula.

*** *Leguminibus articulatis.*

Hedyfarum.
Scorpiurus.
Hippocrepis.
Ornithopus.
Coronilla.
Medicago.

c. *Floribus simplicibus, corollatis
regularibus.*

Tamarindus.
Connarus.
Hugonia.
Melia.
Trichilia.
Svietenia.
Erythroxylon.
Geranium.
Winterania.
Citrus.
Hypericum.
Ascyrum.
Morifonia.
Croton.
Plukenetia.
Jatropha.

d. Floribus simplicibus, apetalis.

Acalypha.
Ricinus.
Sterculia.
Adelia.
Dalechampia.
Cissampelos.

e. Floribus amentaceis.

Hippomane.
Juniperus.
Cupressus.
Thuja.
Ephedra.
Pinus.
Taxus.
Hura.

SYMPHYANTHERAE.

Viola.
Impatiens.
Blakea.

CLASSIS II.

PETALOSTEMONES.

MONANTHERAE.

a. *Floribus irregularibus, epicarpiis.*

Amomum.

Curcuma.

Thalia.

Marantha.

Kæmpferia.

Canna.

Alpinia.

Costus.

Musa.

b. *Floribus regularibus.*

Najas.

Elaterium.

Bærhavia.

DIANTHERAE.

a. *Floribus monopetalis, regularibus.*

Olea.

Chionanthus.

Phillyrea.

Ligustrum.

Syringa.
 Eranthemum.
 Jasminum.
 Nyctanthes.

b. Floribus monopetalis, irregularibus.

a. Seminibus capsula tectis.

Veronica.
 Pæderota.
 Gratiola.
 Justicia.
 Diplanthera.
 Pinguicula.
 Utricularia.

β. Seminibus 4. nudis.

Lycopus.
 Amethystea.
 Cunila.
 Ziziphora.
 Monarda.
 Rosmarinus.
 Salvia.
 Collinsonia.
 Morina.

TRIANThERAE.

a. Floribus epicarpiis, completis.

Valeriana.
 Melothria.

b. *Floribus epicarpiis, incompletis.*

Crocus.
 Gladiolus.
 Antholyza.
 Iris.

c. *Floribus hypocarpiis.*

Olax.
 Camocladia.
 Montia.

TETRANTHERÆ.

a. *Floribus aggregatis.* AGGREGATÆ.

* *Epicarpiæ.*

Allionia.
 Scabiosa.
 Dipsacus.
 Cephalanthus.

** *Hypocarpiæ.*

Globularia.
 Protea.
 Levcadendron.

b. *Floribus simplicibus, equalibus; staminibusque equaliter per corollam distributis.*

a. *Fructibus geminis, connatis.*

* *Epicarpiæ.*
 Galium.

Valantia.
 Rubia.
 Asperula.
 Sherhardia.
 Spermacoe.
 Knoxia.
 Diodia.
 Hedyotis.
 Crucianella.

** *Hypocarpia.*

Houftonia.
 Siphonanthus.

β. *Fructibus solitariis.*

* *Epicarpia.*

Fuchfia.
 Pavetta.
 Ixora.
 Petefia.
 Catesbæa.
 Mitchella.
 Sanguiforba.
 Ilex.

** *Hypocarpia.*

Brabejum.
 Krameria.
 Callicarpa.
 Aquartia.
 Scoparia.
 Centunculus.

Plantago.
 Polypremum.
 Buddleja.
 Exacum.
 Penæa.
 Coldenia.

*c. Floribus simplicibus, inæqualibus, aut
 ringentibus; Staminibusque ad alterum
 latus corollæ insertis.*

α. Seminibus pericarpio tectis.

* *Epicarpia.*

Linnaea.
 Ovieda.
 Duranta.
 Martynia.
 Gesneria.

** *Hypocarpia.*

Obularia.
 Crescentia.
 Orobanche.
 Torenia.
 Hebenstretia.
 Halleria.
 Barleria.
 Lantana.
 Lippia.
 Lathræa.
 Bartsia.

Euphrasia.
Rhinanthus.
Melampyrum.
Schwalbea.
Gmelina.
Læselia.
Celsia.
Sibthorpia.
Petrea.
Scrophularia.
Limofella.
Capraria.
Digitalis.
Sesamum.
Bignonia.
Ruellia.
Citharexylon.
Besleria.
Tozzia.
Browallia.
Polyanth. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Pet.* 5, æqualia. *Filam.* connata in corpora 5. *Styli* 1, 2, 3, f. 5. *Capsf.* 1 — 2 — 3 — f. 5 — locularis, polysperma.

589. ASCYRUM.

Polyanth. ♀ *Per.* 4 — phyllum inæquale. *Pet.* 4, inæqualia. *Filam.* connata in corpora 4. *Styl.* 0, *Stigm.* 1. *Capsf.* 2 — valv. polysperma.

590. MORISONIA.

Polyanth. ♀ *Per.* 2 — fidum. *Pet.* 4. lateribus revoluta. *Filam.* connata in corpus infundibuliforme. *Bacca* corticosa 1 — locul. polysperma.

591. CROTON.

Polyanth. ♂: ♂ *Per.* cylindræum, 5 — dentatum. *Pet.* 5. *Nect.* glandulæ 5, receptaculacæ. *Stam.* 10 — 15.

♀ *Per.* & *Cor.* ut in ♂. *Styli* 3, bifidi. *Capsf.* 3 — locularis, 3 — sperma.

592. PLUKENETIA.

Polyanth. ♂: ♂ *Per.* 0. *Cor.* 4 — petala. *Filam.* 8, ad basin glandulis 4, barbatis.

♀ *Per.* 0. *Cor.* 4 — petala. *Styl.* 1. *Stigm.* peltatum. *Capsf.* 4 — locul. 4 — sperma.

593. JATROPHA.

Polyanth. ♂: ♂ *Per.* 0. *Cor.* 1 — petala, 5 —
fida. *Stam.* 10: alterna bre-
viora.

♀ *Per.* 0. *Cor.* 5 — petala, rosa-
cea. *Styli* 3, bifidi. *Capsf.* 3 —
locularis, 3 — sperma.

b. Floribus simplicibus, apetalis.

594. ACALYPHA.

Polyanth. ♂: ♂ *Per.* 4 — phyllum. *Stam.*
8 — 16.

♀ *Per.* 3 — phyllum. *Styli* 3.
Capsf. 3 — cocca, 3 — locularis,
3 — sperma.

595. RICINUS.

Polyanth. ☽: ♂ *Per.* 5 — partitum. *Stam.* ramosa.

♀ *Per.* 3 — partitum. *Styli* 3, bifidi. *Capsf.* 3 — locularis, 3 — sperma.

596. STERCULIA.

Polyanth. ☽: ♂ *Per.* 5 — partitum. *Filam.* 15.

♀ *Per.* 5 — partitum. *Germe*n stylothalamicum, filamentis cinctum. *Styl.* 1. *Capsf.* 5 — locularis, polysperma.

597. ADELIA.

Polyanth. ☉: ♂ *Per.* 3 — f. 5 — partitum. *Stam.* plurima.

♀ *Per.* 5 — partitum. *Styl.* 3, laceri. *Capsf.* 3 — cocca.

598. DALECHAMPIA.

Polyanth. ☽: ♂ *Per.* 6 — phyllum. *Stam.* plurima.

♀ *Per.* 10 — phyllum. *Styl.* 1. *Capsf.* 3 — cocca.

599. CISSAMPELOS.

- 4 — anth. ☉: ♂ *Per.* 4 — phyllum. *Cor.* o.
Nect. rotatum.
 ♀ *Per.* 1 — phyllum, ligulato-
 subrotundum. *Cor.* o. *Styl.*
li 3. *Bacca* 1 — sperma.

e. *Floribus amentaceis.*

600. HIPPOMANE.

- 2 — anth. ☽: ♂ *Amentum.* *Per.* 2 — fidum.
Cor. o. *Stam.* 2 connata.
 ♀ *Fl.* terminalis. *Per.* 3 — phyl-
 lum, caducum. *Cor.* o.
Styl. o. *Stigm.* 6. *Drupa*
 nucleo varicoso.

601. JUNIPERUS.

- 3 — anth. ☉: ♂ *Amentum* conicum, *squamis* ternis 1 — floris. *Per.* 0.
Cor. 0. *Stam.* 3. coalita.
 ♀ *Fl.* ex gemma. *Per.* 3 —
 partitum. *Pet.* 3. *Styli* 3.
Bacca 3 — sperma, tuber-
 culis 3 ad basin tribusque
 ad apicem.

602. CUPRESSUS.

- 4 — anth. ☽: ♂ *Amentum* ovatum, *squamis*
 oppositis 1 — floris, pelta-
 tis. *Cor.* 0. *Filamenta* 0.
Antheræ sessiles ad basin
squamarum.
 ♀ *Strobilus* subrotundus, *squa-*
mis oppositis, 1 — floris.
Cor. 0. *Puncta* numerosa
 concava intra singulam squa-
 mam, an *styli*? *Nux* angu-
 lata.

603. THUJA.

- 4 — anth. ☽: ♂ *Amentum* ovatum, *squamis*
 oppositis, 1 — floris. *Cor.* 0.
Filam. brevissima.
 ♀ *Strobilus* *squamis* oppositis
 2 — floris. *Cor.* 0. *Styl.* 1.
Nux cincta ala emarginata.

604. EPHE-

604. EPHEDRA.

7 — anth. ☉: ♂ *Amentum* squamis 1 — floris. *Per.* 2 — fidum. *Cor.* 0. *Antheræ* 3 superiores, 4 inferiores.

♀ *Per.* 5 — duplex, 2 — partitum. *Cor.* 0. *Pist.* 2. *Styli* simplices. *Sem.* 2, calyce succulento tecta.

605. PINUS.

Polyanth. ☽: ♂ *Amentum* ramosum. *Per.* 4 — phyllum. *Cor.* 0. *Stam.* plur.

♀ *Strobilus* squamis 2 — floris. *Cor.* 0. *Pist.* 1. *Styl.* 1. *Nux* ala membranacea excepta.

606. TAXUS.

Polyanth. ☉: ♂ *Amentum* squamis paucis, 1 — florum. *Cor.* 0. *Antheræ* 8 — fidæ, basi dehiscentes.

♀ *Amentum* ut in ♂. *Cor.* 0. *Pist.* 1. *Styl.* 0. *Sem.* 1, receptaculo baccato undique cinctum.

607. HURA.

- Polyanth. ♂: ♂ *Amentum* imbricatum. *Per.*
 2 — phylla. *Cor.* o. *Filam.*
 cylindræa, apice peltata, cin-
 cta *antheris* plurimis.
- ♀ *Cal.* o. *Cor.* o. *Stylus* infun-
 dibuliformis. *Stigma* 12 —
 fidum. *Capsf.* 12 — locularis.
Sem. solitaria.

SYMPHYANTHERÆ.

608. VIOLA.

- 5 — anth. ♀ *Per.* 5 — phyllum. *Pet.* 5, in-
 æqualia, infimo basi corniculato.
 1 — styl. *Antheræ* apice membranis auctæ.
Capsf. 1 — locularis, 3 — valvis.

609. IMPATIENS.

- 5 — anth. ♂ *Per.* 2 phyllum. *Pet.* 5, inæqualia. *Nectarium* cucullatum, cornutum, florem excipiens. *Anth.* basi dehiscentes. *Capsf.* 1 — locul. 5 — valvis, elastice dissiliens.

610. BLAKEA.

- 12 — anth. ♂ *Per.* *Fructus* hypocarpium, 6 — phyllum. *Floris* margo membranaceus, 6 — angularis. *Pet.* 6. *Anth.* in annulum coalitæ. *Capsf.* 6 — locularis, polysperma.

CLASSIS II.
 PETALOSTE-
 MONES.

MONANTHERAE.

a. Floribus irregularibus, epicarpiis.

611. AMOMUM.

1 — styl. ♀ *Spatha*. *Cor.* 4 — partita: lacinia una patentiore, ovata. *Filamentum* petaliforme. *Capsf.* 3 — loc. 3 valv.

612. CURCUMA.

1 — styl. ♀ *Spatha*. *Cor.* 4 — partita: lacinia una patentiore, ovata. *Fil.* 4 sterilia; 1. petaliforme, bifidum, fertile. *Capsf.* 3 — loc. 3 — valvis.

613. THALIA.

1 — styl. ♀ *Spatha*. *Cor.* 5 — partita, undulata. *Drupa* nucleo 2 — loculari.

614. MARANTA.

1 — styl. ♀ *Perianth.* 3 — phyllum. *Cor.* 5 — fida, ringens: labio magno, 2 — partito. *Capsf.* 3 — valv. 1 — sperma.

615. KÆMPFERIA.

1 — styl. ♀ *Spatha.* *Cor.* 6 — partita: labio 2 — partito, majore. *Filam.* membranaceum. *Capsf.* 3 — loc. 3 — valvis.

616. CANNA.

1 — styl. ♀ *Per.* 3 — phyllum. *Cor.* 6 — partita, arrecta: labio, 2 — partito, revoluto. *Filam.* & *Stylus* petaliformia. *Capsf.* 3 — locul. 3 — valvis.

617. ALPINIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 3 — fidum. *Cor.* 6 — fida, ventricosa: lobis lateralibus 2 emarginatis. *Filam.* petaliforme. *Capsf.* 3 — locul. 3 — valvis, pulposa.

618. COSTUS.

1 — styl. ♀ *Per.* 3 — dentatum. *Cor.* duplex: exterior 3 — petala, interior 3 — fida. *Filam.* petaliforme. *Capsf.* 3 — locul. 3 — valvis.

619. MUSA.

1 — styl. 4: ♀ *Spatha* multiflora. *Cor.* 2 —
 petala: altero erecto, 5 —
 dentato, altero concavo, bre-
 viore. *Filam.* 1. fertile, 5
 sterilia. *Germen* maximum.
Bacca 3 — quetra, oblonga.

♂ *Spatha* multifi. *Cor.* ut in ♀.
Filam. 5 fertilia, 1. sterile.
Germen abortans.

† *Valesiana* rubra, Calcitrapa. P. 3 — anth.

b. *Floribus regularibus.*

620. NAJAS.

- 1 — styl. ☉: ♂ *Per.* 2 — fidum. *Cor.* 4 —
fida. *Filam.* nullum.
♀ *Per.* 0. *Cor.* 0. *Capsf.* 1 —
locularis.

621. ELATERIUM.

- 1 — styl. ☽: ♂ *Per.* 0. *Cor.* hypocrateriformis,
5 — fida. *Fil.* 1. *Anthera* linea farinifera flexuosa.
♀ *Per.* 0. *Cor.* ut in ♂, epicarpia. *Capsf.* coriacea, 2 — val-
vis, elastice diffiliens, poly-
sperma.

622. BOERHAVIA.

- 1 — styl. ♀ *Cal.* 0. *Cor.* 1 — petala, campanu-
lata, epicarpia. *Sem.* 1. nudum.
(*Stam.* saepe 2.)

DIANTHERAE.

a. Floribus monopetalis, regularibus.

623. OLEA.

1 — styl. ♀ Cor. 4 — fida: laciniis subovatis.
Drupa 1 — sperma.

624. CHIONANTHUS.

1 — styl. ♀ Cor. 4 — fida: laciniis longissimis.
Drupa.

625. PHILLYREA.

1 — styl. ♀ Cor. 4 — fida, rotata. *Bacca* 1 —
 sperma.

626. LIGUSTRUM.

1 — styl. ♀ Cor. 4 — fida, infundibuliformis.
Bacca 1 — sperma.

627. SYRINGA.

1 — styl. ♀ Cor. 4 — fida, laciniis ovatis. *Caps.*
 2 — locul. *Stigma* bifidum.

628. ERANTHEMUM.

1 — styl. ♀ Cor. 4 — f. 5 — fida, lacin. obovatis.
Capsula. *Stigma* simplex.

629. JASMINUM.

1 — styl. ♂ Cor. 5 — fida. *Stigma* 2 — fidum
Bacca feminibus 2 arillatis.

630. NYCTANTHES.

1 — styl. ♂ Cor. 8 — fida. *Stigmata* 2. *Bacca*
 feminibus 2 subrotundis.

† *Valeriana*. *Cornucopia*. P. 3 — *anth.*
Exrhaavia. P. 1 — *anth.*

b. Floribus monopetalis, irregularibus.

a. Seminibus capsula tectis.

631. VERONICA.

1 — styl. ♀ *Cor.* 4 — fida, rotata: lacinia infima angustiore. *Perianth.* 4 — partitum. *Capsf.* 2 — locularis.

632. PÆDEROTA.

1 — styl. ♀ *Cor.* 4 — fida, irregularis. *Perianth.* 5 — partitum. *Capsf.* 2 — locularis, 4 — valvis.

633. GRATIOLA.

1 — styl. ♀ *Cor.* 5 — fida, irregularis. *Per.* 5 — partitum; exterius 2 — phyllum. *Stam.* 2 sterilia, 2 fertilia. *Capsf.* 2 — locularis.

634. JUSTICIA.

1 — styl. ♀ *Cor.* ringens. *Capsf.* 2 — locularis, ungue elastico diffiliens. *Stamen* singulum anthera singulari.

635. DIPLANTHERA.

1 — styl. ♀ *Cor.* ringens. *Capsf.* 2 — locularis, ungue elastico diffiliens. *Stamen* singulum antheris 2 alternis.

636. PINGUICULA.

1 — styl. ♂ *Cor. ringens, calcarata.* *Per.* 2 —
 labiatum, 5 — fidum. *Capsf.*
 1 — locularis.

637. UTRICULARIA.

1 — styl. ♀ *Cor. ringens, calcarata.* *Per.* 2 —
 phyllium. *Capsf.* 1 — locularis.

† *Bignonia.* *Pet. Tet.*

β. *Seminibus 4 nudis.*

638. LYCOPUS.

1 — styl. ♀ *Cor.* 4 — fida: lacinia unica emarginata. *Stam.* distantia. *Sem.* 4. retusa.

639. AMETHYSTEA.

1 — styl. ♀ *Cor.* 5 — fida: lacinia infima patentiore. *Stam.* approximata. *Per.* subcampanulatum. *Sem.* 4. gibba.

640. CUNILA.

1 — styl. ♀ *Cor.* ringens: labio superiori erecto, emarginato. *Per.* cylindricum, *Sem.* 4.

641. ZIZIPHORA.

1 — styl. ♀ *Cor.* ringens: labio superiore reflexo, integro. *Per.* filiforme. *Sem.* 4.

642. MONARDA.

1 — styl. ♀ *Cor.* ringens: labio superiore lineari, stamina involvente. *Sem.* 4.

643. ROSMARINUS.

1 — styl. ♀ *Cor.* ringens: labio superiore bipartito lateribus reflexo. *Filamenta* longa, curva, simplicia. *Sem.* 4.

644. SALVIA.

† — styl. ♀ *Cor.* ringens. *Filamenta* transverse pedicello affixa. *Sem.* 4.

645. COLLINSONIA.

† — styl. ♀ *Cor.* inæqualis: tubo longissimo, labio inferior. multifido-capillari. *Sem.* 1.

646. MORINA.

† — styl. ♀ *Cor.* inæqualis: tubo longissimo. *Per. fructus* inferum, dentatum; *floris* epicarpium, bifidum. *Sem.* 1. coronatum perianthio floris.

† *Verbena* P. 4 — *anth.*

TRIANTHERAE.a. *Floribus epicarpiis, completis.*

647. VALERIANA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* margo germen coronans. *Cor.* tubus basi gibbus f. calcaratus, limbus æqualis f. ringens. *Stam.* 1, 2. f. 3. f. 4. *Sem.* 1. coronatum.

648. MELOTHRIA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* campanulata. *Stigm.* 3. *Bacca* 1 — locularis, 3 — parvita, polysperma.

† *Valantia.* P. 4 — anth.

Asperula. P. 4 — anth.

Ilex. P. 4 — anth.

b. *Floribus epicarpiis, incompletis.*

649. CROCUS.

1 — styl. ♂ Cor. 6 — partita, æqualis. *Stigmata* convoluta.

650. GLADIOLUS.

1 — styl. ♂ Cor. 6 — partita, ringens. *Stam.* adscendentia. *Stigma* 4 — fidum, concavum.

651. ANTHOLYZA.

1 — styl. ♂ Cor. 6 — partita, tubo recurvato, irregularis. *Stam.* quædam declinata. *Stigma* 3 — fidum, capillare.

652. IRIS.

1 — styl. ♂ Cor. 6 — partita, laciniis alternis reflexis, (sæpe linea nectarifera.) *Stigmata* 3, petaliformia.

† *Narcissus*. P. 6 — *anth.*

c. *Floribus hypocarpiis.*

653. OLAX.

1 — styl. ♂ *Per.* 1 — phyllum integerrimum,
Cor. 3 — fida. *Nectarium* 4 —
 phyllum.

654. CAMOCLADIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 3 — partitum. *Cor.* 3 —
 partita. *Drupa* oblonga, nucleo
 2 — lobo.

655. MONTIA.

3 — styl. ♀ *Per.* 2 — phyllum. *Cor.* 1 — pe-
 tala, inæqualis. *Caps.* 1 — locu-
 laris, 3 — valvis.

TETRANTHERAE.

a. *Floribus aggregatis.* AGGREGATÆ.

* *Epicarpia.*

656. ALLIONIA.

1 — styl. ♀ *Cal. communis*, oblongus, simplex,
3 — florus. *Per.* obsoletum.
Corollulæ irregulares, 5 — fidæ.
Receptaculum nudum. *Sem.*
nuda.

657. SCABIOSA.

1 — styl. ♀ *Cal. communis* polyphyllus. *Per.*
duplex; *exterior* membranaceum,
interius 5 — partitum. *Coroll.*
4 — f. 5 — fidæ. *Recept.* palea-
ceum. *Sem.* coronata.

658. DIPSACUS.

1 — styl. ♀ *Cal. communis* polyphyllus. *Per.*
minimum, integrum. *Corollul.*
4 — fidæ. *Rec.* conicum, palea-
ceum.

659. CEPHALANTHUS.

1 — styl. ♀ *Cal. communis* 0. *Per.* infundibu-
liforme, 4 — fidum. *Cor.* infun-
dibuliformes. *Recept.* globosum,
villosum. *Sem.* villosa.

* *Hypocarpia.*

660. GLOBULARIA.

I — styl. ♀ *Cal. communis* polyphyllus, imbricatus. *Per.* tubulatum, 5 — dentatum. *Corollul.* I — petalæ, irregulares. *Recept.* paleaceum. *Sem.* nuda.

661. PROTEA.

I — styl. ♀ *Cal. communis* imbricatus. *Per.* propr. o. *Corollul.* regulares, 4 — fidæ. *Recept.* conicum, paleaceum. *Sem.* nuda.

662. LEUCADENDRON.

I — styl. ♀ *Cal. communis* squamis inæqualibus. *Per.* o. *Corollul.* 2 — petalæ, petalis connexis: altero 3 — fido. *Anth.* connexæ, demum discedentes. *Recept.* subvillosum. *Sem.* pappo piloso.

b. *Floribus simplicibus, equalibus; staminibusque æqualiter per corollam distributis.*

a. *Fructibus geminis, connatis.* STELLATÆ.

* *Epicarpia.*

663. GALIUM.

1 — styl. ♀ *Cor.* rotata, plana, 4 — partita.
Per. 4 — dentatum. *Fructus*
subglobosi.

664. VALANTIA.

1 — styl. 2: ♀ *Cor.* rotata, plana, 4 — partita.
Per. o. *Fructus* subglobosi.
♂ *Juxta hermaphroditum.* *Cor.*
plana, 3 — f. 4 — partita.
Per. o. *Stam.* 3. f. 4. *Pist.*
obsoletum.

665. RUBIA.

1 — styl. ♀ *Cor.* campanulata, 4 — f. 5 — partita.
Per. 4 — f. 5 — dentatum.
Fr. baccati, subglobosi.

666. ASPERULA.

1 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis, 4 — f. 3 — fida.
Per. 4 — f. 3 — dentatum.
Fruct. subglobosi.

667. SHERARDIA.

- I — styl. ♂ *Cor.* infundibuliformis, 4 — fida.
Per. 4 — dentatum (f. 4 — phyll.)
Fructus oblongi, coronati : singulo 3 — dentato.

668. SPERMACOCE.

- I — styl. ♂ *Cor.* infundibuliformis, 4 — fida.
Per. 4 — dentatum. *Fructus* oblongi, coronati : singulo 2 — dentato.

669. KNOXIA.

- I — styl. ♂ *Cor.* infundibuliformis, 4 — fida.
Per. 4 — phyllum, inæquale.
Fructus subglobosi, acuminati, fulcati.

670. DIODIA.

- I — styl. ♂ *Cor.* infundibuliformis, 4 — fida.
Per. 2 — phyllum. *Fruct.* tetragonus, 2 — locularis, 2 — valvis, calyce coronatus.

671. HEDYOTIS.

- I — styl. ♂ *Cor.* infundibuliformis, 4 — fida.
Per. 4 — phyllum, æquale. *Capsf.* 2, connatæ, globosæ, coronatæ, polyspermæ.

672. CRUCIANELLA.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis, 4 — f. 5 — fida, epicarpia. *Per.* 3 — phylum, hypocarpium. *Fructus* oblongi.

** *Hypocarpia.*

673. HOUSTONIA.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis, 4 — fida. *Per.* 4 — dentatum. *Caps.* didy-
ma, 2 — locularis, 2 — sperma.

674. SIPHONANTHUS.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis, 4 — fida. *Per.* 5 — dentatum. *Baccæ* 4,
1. — spermæ.

β. *Fruetibus solitariis.** *Epicarpia.*

675. FUCHSIA.

1 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis, 8 — fida.
Per. integrum. *Bacca* 4 — lo-
 cularis, polysperma,

676. PAVETTA.

1 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis, 4 — fida,
Per. 4 — dentatum. *Stigma* obli-
 que 2 — fidum. *Bacca* 1 —
 sperma.

677. IXORA.

2 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis longa, 4 —
 fida, *Per.* 4 — partitum. *Stam.*
 supra faucem inserta. *Bacca* 2 —
 locularis, 4 — sperma.

678. PETESIA.

1 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis, 4 — fida.
Per. 4 — dentatum. *Stigma*
 2 — fidum. *Bacca* 2 — locula-
 ris, polysperma.

679. CATESBÆA.

1 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis longissima,
 4 — fida. *Per.* 4 — dentatum.
Stam. intra faucem inserta. *Bac-*
ca 1 — locul. polysperma.

680. MITCHELLA.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis, 4 — fida.
Per. 4 — dentatum. *Stigmata* 4.
Bacca 1 — locularis, 2 — sperma
 (cum vicinâ fere coalita.)

681. SANGUISORBA.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* plana, 4 — partita, epicarpia.
Per. 2 — phyllum, hypocarpium.
Caps. 4 — gona, 2 — locularis,
 polysperma.

682. ILEX.

- 4 — styl. ♀ *Cor.* plana, 4 — (f. 3 —) partita.
Per. 4 — (f. 3 —) dentatum.
Styl. 0. *Bacca* 4 — (f. 3 —) lo-
 cularis, 4 — (f. 3 —) sperma.

† *Valeriana. fibrica. P. 3 — anis.*

** *Hypocarpia*.

683. BRABEJUM.

1 — styl. ♀ Cor. 4 — petala. Cal. o. *Drupa*
villosa. *Nux* ovata.

684. KRAMERIA.

1 — styl. ♀ Cor. 4 — petala. *Nectarium* du-
plex: superius 2 — partitum; in-
ferius 2 — phyllum. Cal. o.
Bacca sicca, echinata, 1 — sperma.

685. CALLICARPA.

1 — styl. ♀ Cor. tubulosa, 4 — fida. *Per.* 4 —
fidum. *Bacca* 4 — sperma.

686. AQUARTIA.

1 — styl. ♀ Cor. rotata. *Per.* 4 — fidum.
Bacca 1 — locularis, polysperma.

687. SCOPARIA.

1 — styl. ♀ Cor. rotata, 4 — fida. *Per.* 4 —
partitum. *Capsf.* 1 — locularis,
2 — valvis, polysperma.

688. CENTUNCULUS.

1 — styl. ♀ Cor. rotata, 4 — fida, patens. *Per.*
4 — fidum. *Capsf.* 1 — locularis,
circumscissa, polysperma.

689. PLANTAGO.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* rotata, 4 — fida: limbo reflexo. *Per.* 4 — partitum. *Capsf.* 2 — locularis, circumscissa, polysperma.

690. POLYPREMUM.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* rotata, 4 — partita. *Per.* 4 — phyllum, interne coloratum. *Capsf.* 2 — locul., 2 — valvis, compressa.

691. BUDDLEJA.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* campanulata, 4 — fida. *Per.* 4 — fidum. *Capsf.* 2 — locularis, 2 — fulca.

692. EXACUM.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* tubo globofo, limbo patente, 4 — fido. *Per.* 4 — phyllum. *Capsf.* 2 — locularis, 2 — fulca, polysperma, apice dehiscens.

693. PENÆA.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* campanulata, 4 — fida. *Per.* 2 — phyllum. *Stylus* alis 4. *Stigma* cruciforme. *Capsf.* 4 — locularis, 4 — valvis, 8 — sperma.

694. COLDENIA.

4 — styl. ♀ *Cor. infundibuliformis.* Per. 4 —
 phyllum. *Germina* 4. *Sem.* 4

† *Swertia. Gentiana.* P. 5 — *anth.*

Convallaria bifolia. P. 6 — *anth.*

Cuscuta. P. 5 — *anth.*

Mimosa. P. *polyanth.*

c. *Floribus simplicibus inequalibus aut ringentibus; staminibusque ad alterum latus corollæ infertis.*

α. *Seminibus pericarpio tectis.*

* *Epicarpia.*

695. LINNÆA.

I — styl. ♀ *Per.* duplex: *fructus* 2 — phyllum, hypocarpium; *floris* 5½ — partitum, epicarpium. *Cor.* campanulata. *Bacca* sicca, disperma.

696. OVIEDA.

I — styl. ♀ *Per.* *fructus* 5 — fidum, hypocarpium; *floris* nullum. *Cor.* epicarpia; tubo subcylindrico, longissimo. *Bacca* globosa, 2 — sperma.

697. DURANTA.

I — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum, epicarpium. *Cor.* hypocrateriformis, 5 — fida. *Bacca* 1 — locularis, 4 — sperma.

698. MARTYNIA.

I — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum, epicarpium. *Cor.* ringens. *Rudimentum* filamenti 5 — ti. *Caps.* lignosa, corticata, apice recurva, 3 — locularis, 2 — valvis.

699. GESNERIA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum, germini infidens.
Cor. tubus incurvus & recurvus;
 limbus 5 — fidus. *Caps.* 2 —
 locularis.

** *Hypocarpia.*

700. OBOLARIA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 2 — fidum. *Cor.* campanu-
 lata, 4 — fida, subæqualis. *Fila-*
menta divisuris corollæ inferta, in-
 æqualia. *Caps.* 1 — locularis, bi-
 valvis, polysperma.

701. CRESCENTIA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 2 — partitum. *Cor.* campa-
 nulata, gibba, inæqualis 5 — fida.
Germen glandulæ infidens. *Bacca*
 1 — locul. polysperma. *Sem.* 2 —
 locularia.

702. OROBANCHE.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 2 — fidum. *Cor.* perforata: $\frac{1}{3}$.
Glandula sub basi germinis. *Caps.*
 1 — locularis, bivalvis, poly-
 sperma.

703. TORENIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 2 — labiatum : $\frac{3}{4}$. *Cor.* personata : $\frac{1}{3}$. *Filamenta* superiora 2 simplicia, inferiora bifida : ramulo altero sterili. *Capsf.* 2 — locularis, polysperma.

704. HEBENSTRETIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 2 — fidum. *Cor.* tubulosa, 1 — labiata, 4 — fida. *Stam.* margini limbi corollæ inserta. *Capsf.* 2 — sperma.

705. HALLERIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 3 — fidum, inæquale. *Cor.* campanulata, limbo obliquo, inæqualiter 4 — fido. *Bacca* 2 — locularis, 2 — sperma.

706. BARLERIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 4 — partitum, inæquale. *Cor.* infundibuliformis, 5 — fida. *Capsf.* 4 — angularis, 1 — locularis, 2 — valvis, elastica. *Sem.* 2.

707. LANTANA.

1 — styl. ♀ *Per.* 4 — dentatum. *Cor.* hypocrateriformis 5 — fida. *Stigma* uncinatum. *Drupa* nuce biloculari.

708. LIPPIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 4 — dentatum, compresso-membranaceum. *Cor.* hypocrateriformis, 4 — fida. *Capsf.* 1 — locularis, 2 — valvis, 2 — sperma: *Sem.* 2 — locularia.

709. LATHRÆA.

1 — styl. ♀ *Per.* 4 — fidum. *Cor.* personata: $\frac{1}{3}$. *Glandula* sub germine. *Capsf.* 1 — locul. elastica, polysperma.

710. BARTSIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 4 — fidum, coloratum. *Cor.* personata: $\frac{1}{3}$. *Capsf.* 2 — locularis, 2 — valvis, polysperma.

711. EUPHRASIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 4 — fidum. *Cor.* personata: $\frac{1}{3}$. *Antheræ* inferiores basi hinc spinosæ. *Capsf.* 2 — locularis, ovato-oblonga, polysperma.

712. RHINANTHUS.

1 — styl. ♀ *Per.* 4 — fidum. *Cor.* personata: $\frac{1}{3}$. *Antheræ* hinc bifidæ, hirsutæ. *Capsf.* 2 — locularis, obtusa, compressa, polysperma.

713. MELAMPYRUM.

1 — styl. ♀ *Per.* 4 — fidum. *Cor.* personata: $\frac{1}{3}$: labio superiore compresso, margine replicato. *Caps.* 2 — locularis, obliqua, hinc dehiscens. *Sem.* 2. gibba.

714. SCHWALBEA.

1 — styl. ♀ *Per.* 4 — fidum: ore obliquo, inæquali. *Cor.* personata: $\frac{1}{3}$. *Caps.* 2 — locularis, 1 — sperma.

715. GMELINA.

1 — styl. ♀ *Per.* 4 — dentatum. *Cor.* campanulata, 4 — fida, inæqualis. *Antheræ* 2 bipartitæ, 2 simplices. *Drupa* nucleo, 2 — loculari.

716. LOESELIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 4 — fidum. *Cor.* tubulosa, 5 — partita: laciniis omnibus fecundis. *Stam.* petalo adversa. *Caps.* 3 — locularis.

717. CELSIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* rotata, 5 — fida, inæqualis. *Filam.* barbata. *Caps.* 2 — locularis, polysperma.

718. SIBTHORPIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* rotata,
5 — partita, æqualis. *Filam.*
glabra. *Capsf.* 2 — locularis, com-
pressa, polysperma.

719. PETREA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* rotata,
5 — fida. *Capsf.* 2 — locularis,
2 — sperma.

720. SCROPHULARIA.

2 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* subglobosa,
resupinata, 5 — fida. *Capsf.* 2 —
locul. 2 — valvis, polysperma.

721. LIMOSELLA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* campanu-
lata, 5 — fida, æqualis. *Capsf.*
1 — locularis, 2 — valvis, poly-
sperma.

722. CAPRARIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* campu-
nolata, 5 — fida, acuta. *Capsf.*
2 — locularis, 2 — valvis, poly-
sperma.

723. DIGITALIS.

- I — styl. ♀ *Per.* 5 — partitam. *Cor.* campanulata, 5 — fida, ventricosa, obtusa. *Capsf.* 2 — locularis, 2 — valvis, polysperma, ovata.

724. SESAMUM.

- I — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* campanulata, 5 — fida: lobo infimo majore. *Rudimentum* filamenti sti. *Stigma* 2 — partitum, lanceolatum. *Capsf.* 4 — locularis, polysperma, tetragona.

725. BIGNONIA.

- I — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum, cyathiforme. *Cor.* infundibuliformis, 5 — fida, subtus ventricosa. *Siliqua* 2 — locularis. *Sem.* membranaceo-alata. (*Stam.* sæpe 2 fertilia & 3 sterilia.)

726. RUELLIA.

- I — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* infundibuliformis, 5 — fida. *Capsf.* dentibus elasticis dissiliens, 2 — locularis, 2 — valvis.

727. CITHAREXYLON.

- I — styl. ♀ *Per.* 5 — dentatum, campanulatum. *Cor.* infundibuliformi-rotata, laciniis 5 æqualibus, supra villosis. *Bacca* 2 — sperma. *Sem.* 2 — locularia.

728. BESLERIA.

1 — styl. ♂ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* infundibuliformi-rotata, tubo incurvo. *Bacca* polysperma. *Sem.* 2 — locularia.

729. TOZZIA.

1 — styl. ♂ *Per.* 5 — dentatum. *Cor.* hypocrateriformis: limbo inæquali: $\frac{2}{3}$. *Caps.* 1 — locularis, globosa, 1 — sperma.

730. BROWALLIA.

1 — styl. ♂ *Per.* 5 — dentatum. *Cor.* hypocrateriformis, 5 — fida, umbilico clauso *antheris* 2 majoribus. *Caps.* 1 — locularis, polysperma.

731. BUCHNERA.

1 — styl. ♂ *Per.* 5 — dentatum. *Cor.* hypocrateriformis, 5 — fida, æqualis: lobis obcordatis. *Anth.* 2 prominentes extra tubum. *Caps.* 2 — locularis, polysperma.

732. ERINUS.

1 — styl. ♂ *Per.* 5 — phyllum. *Cor.* hypocrateriformis, 5 — fida: laciniis æqualibus: 2 reflexis. *Caps.* 2 — locularis, polysperma.

733. SELAGO.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* hypocrateriformis, 5 — fida, tubo capillari. *Capsf.* 2 — locularis, 1 — f. polysperma.

734. RUSSELIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — phyllum. *Cor.* hypocrateriformis, 4 — fida, tubo longissimo, ore piloso. *Capsf.* 1 — locularis polysperma.

735. GERARDIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* hypocrateriformis, limbo 5 — fido subbilabiato: $\frac{1}{4}$. *Capsf.* 2 — locul.

736. CRANIOLARIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 4 — phyllum. *Spatha* 1 — phylla. *Cor.* hypocrateriformis, limbo 4 fido: $\frac{2}{3}$. *Capsf.* lignosa; 3 utrinque fulcis notata, lateribus bifida, rostro incurvo, bipartito.

737. STEMODIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* hypocrateriformis, limbo erecto, bilabiato: $\frac{1}{3}$. *Filamenta* 4, bifida. *Anth.* 8. *Capsf.* 2 — locularis, 2 — valvis.

738. PEDALIUM.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* hypocrateriformis, tubo 3 gonc, limbo 5 partito, obliquo. *Stigm.* 2. *Nux* suberosa, 4 — gona, spinosa, 2 — locularis.

739. ANTIRRHINUM.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — phyllum. *Corolla* personata: $\frac{2}{3}$; basi gibba f. calcarata, nectarifera. *Capsf.* 2 — locularis, irregularis.

740. COLUMNÆA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* personata: $\frac{1}{3}$, tubo longissimo, supra basin gibbo. *Antheræ* connexæ. *Capsf.* 2 — locularis.

741. PEDICULARIS.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum (f. 2 — fidum.) *Cor.* personata: $\frac{1}{3}$; basi gibba. *Capsf.* 2 — locularis, obliqua, mucronata. *Sem.* tunicata.

742. MIMULUS.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — dentatum, prismaticum. *Cor.* personata: $\frac{2}{3}$; labio superiore lateribus replicato. *Capsf.* 2 — locularis, polysperma.

743. DODARTIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — dentatum. *Cor.* perforata: $\frac{1}{3}$; labio inferiore duplo longiore. *Stigma* 2 — fidum, compressum. *Capsf.* 2 — locul. globosa.

744. CHELONE.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* perforata: $\frac{1}{3}$. *Rudimentum* filamenti quinti. *Capsf.* 2 —ocularis.

745. BONTIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* bilabiata: $\frac{1}{3}$; inferiore revoluta. *Drupa* femine plicato.

746. CORNUTIA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — dentatum. *Cor.* bilabiata: $\frac{2}{3}$. *Filam.* 2; corolla longiora. *Stylus* longissimus, 2 — partitus. *Bacca* 1 — sperma.

747. CLERODENDRON.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* bilabiata: $\frac{2}{3}$, tubo filiformi. *Stam.* longissima. *Bacca* 1 — sperma.

748. VOLKAMERIA

- I — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* hypocrateriformis 5 — fida. *Filam.* longissima. *Bacca* 2 — sperma. *Sem.* 2 — locularia.

749. VITEX.

- I — styl. ♂ *Per.* 5 — dentatum. *Cor.* bilabiata: $\frac{3}{4}$. *Stigm.* 2. *Bacca* 4 — sperma, 4 — locularis.

750. CYMBARIA.

- I — styl. ♀ *Per.* multipartitum: laciniis linearibus. *Cor.* 2 — labiata: $\frac{2}{3}$. *Capsf.* 1 — locularis.

751. ACANTHUS.

- I — styl. ♀ *Per.* polyphyllum: 2 maximis. *Cor.* 1 — labiata, 3 — fida, deflexa. *Capsf.* 2 — locularis.

β . *Seminibus 4 nudis*, infundo calycis
reconditis. VERTICILLATAE.

752. TEUCRIUM.

1 — styl. \varnothing *Per. 5* — fidum. *Cor.* labium su-
perius 0. sed dentes 2 divaricati,
pro egressu staminum.

753. AJUGA.

1 — styl. \varnothing *Per. 5* — fidum. *Cor.* labium su-
perius denticulis 2 approximatis,
staminibus brevioribus.

754. LAVANDULA.

1 — styl. \varnothing *Per. 5* — dentatum. *Cor.* resu-
pinata! ringens: $\frac{2}{3}$. *Stam.* intra
tubum.

755. SIDERITIS.

1 — styl. \varnothing *Per. 5* — fidum. *Cor.* ringens: $\frac{2}{3}$.
Stigma superius cylindricum, in-
feriori membranaceo involutum!

756. MENTHA.

1 — styl. \varnothing *Per. 5* — dentatum. *Cor.* sub-
æqualis, 4 — fida: lacinia supe-
riore emarginata. *Filam.* erecta,
distantia!

757. HYSSOPUS.

I — styl. ♀ *Per.* 5 — dentatum. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$; lacinia inferiori intermedia crenata. *Stam.* recta, distantia!

758. GLECOMA.

I — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* ringens: $\frac{2}{3}$; *Antheræ* per paria in formam crucis conniventia!

759. LEONURUS.

I — styl. ♀ *Per.* 5 — dentatum, angulatum. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$. *Antheræ* glandulis nitidis adpersæ!

760. PHLOMIS.

I — styl. ♀ *Per.* 5 — ad 10 — dentatum, angulatum. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$. *Antheræ* absque glandulis.

761. ORVALA.

I — styl. ♀ *Per.* 5 — dentatum. *Cor.* ringens: $\frac{3}{5}$, lab. inf. crenato.

762. BETONICA.

I — styl. ♀ *Per.* 5 — dentatum, aristatum. *Cor.* ringens: $\frac{2}{3}$; labio sup: planiusculo, tubo cylindræo.

763. LAMIUM.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum, aristatum. *Cor.* ringens: $\frac{1}{2}$, faux utrinque denticulum fetaceum emittens; labium sup. fornicatum, integrum.

764. GALEOPSIS.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum, aristatum. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$; faux utrinque denticulum cavum emittens; *labium* sup. fornicatum, ferratum; inferius lacin. media crenata.

765. STACHYS.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$; labium inferius lateribus reflexum. *Stam.* deflorata versus latera inflexa. *Sem.* 4.

766. ZIETENIA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$; labii inferioris laciniae laterales reflexae, media complicata, emarginata. *Stam.* deflorata versus latera inflexa. *Sem.* 1.

767. NEPETA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$; labii inf. laciniae laterales reflexae, media concava crenata. *Sem.* 4.

768. SATUREJA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — dentatum. *Cor.* 5 — fida subæqualis. *Stamina* approximata.

769. VERBENA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — dentatum, unico dente truncato. *Cor.* 5 — fida subæqualis, tubo curvo. *Anth.* 4 f. 2. *Semina* 4. f. 2.

770. BALLOTA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* hypocraterif. 5 — dentatum, 10 — striatum. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$; labio superiori concauo, crenato.

771. MARRUBIUM.

- 1 — styl. ♀ *Per.* hypocraterif. 10 — f. 5 — dentatum, 10 — striatum. *Cor.* ringens: $\frac{2}{3}$; lab. superiori recto, femibifido, lineari.

772. MOLUCCELLA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* campanulatum, maximum, dentatum. *Cor.* calyce minor, ringens: $\frac{1}{3}$.

773. CLINOPODIUM.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 2 — fidum: $\frac{3}{2}$. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$, labio super. minore emarginato, inferioris lacinia media majore emarginata.

774. THYMUS.

I — styl. ♂ *Per.* 2 — fidum: $\frac{3}{2}$, fauce villis
clausa. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$.

775. THYMBRA.

I — styl. ♂ *Per.* 2 — labiatum: $\frac{3}{2}$, utrinque
linea villosa exaratum. *Stylus* fe-
mibifidus.

776. MELISSA.

I — styl. ♂ *Per.* 2 — labiatum; $\frac{3}{2}$, angulato,
campanulatum, aridum, supra pla-
num. *Cor.* ringens: $\frac{2}{3}$; labii in-
ferioris lacinia media obcordata.

777. MELITTIS.

I — styl. ♂ *Per.* 2 — labiatum: $\frac{2}{2}$, campanu-
latum, corolla amplius. *Cor.* rin-
gens: $\frac{2}{3}$; lab. inf. crenatum, supe-
rius planum. *Antheræ* per paria
in crucem conniventes.

778. HORMINUM.

I — styl. ♂ *Per.* 2 — fidum: $\frac{4}{3}$, campanula-
tum, angulatum. *Cor.* ringens: $\frac{2}{3}$;
labium sup. concavum.

779. DRACOCEPHALUM.

I — styl. ♂ *Per.* 2 — labiatum: $\frac{3}{2}$. *Cor.* rin-
gens: $\frac{1}{3}$, fauce inflato-dilatata.

780. TRICHOSTEMA.

- I — styl. ♂ *Per.* 2 — labiatum: $\frac{3}{2}$. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$; labium superius falcatum. *Filamenta* longissima!

781. SCUTELLARIA.

- I — styl. ♂ *Per.* 2 — fidum, integerrimum, post florescentiam clausum, squamula incumbente auctum. *Cor.* ringens: $\frac{2}{1}$; tubus basi inflexus.

782. PRUNELLA.

- I — styl. ♂ *Per.* 2 — labiatum: $\frac{3}{2}$. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$. *Stigma* emarginatum. *Filamenta* 2 longiora, bifurca, altero apice antherifera.

783. CLEONIA.

- I — styl. ♂ *Per.* 2 — labiatum: $\frac{3}{2}$. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$. *Stigma* 4 — fidum. *Filamenta* omnia bifurca, altero apice antherifera.

784. OCYUM.

- I — styl. ♂ *Per.* 2 — labiatum: $\frac{4}{1}$; lab. inf. orbiculato. *Cor.* resupinata, ringens: $\frac{1}{4}$. *Filamenta* exteriora basi processum emittentia.

785. PRASIUM.

- I — styl. ♂ *Per.* bilabiatum: $\frac{3}{2}$, campanulatum. *Cor.* ringens: $\frac{1}{3}$. *Sem.* 4, baccata.

786. PHRYMA.

- I — styl. ♂ *Per.* 2 — fidum, $\frac{3}{2}$; tubulosum.
Cor. ringens: $\frac{1}{3}$. *Stigma* simplex. *Semen* I.

787. ORIGANUM.

- I — styl. ♂ *Per.* 2 — fidum: $\frac{3}{2}$, subæquale.
Cor. laciniis subæqualibus: $\frac{1}{3}$.

788. MAJORANA.

- I — styl. ♂ *Per.* 2 — phyllum, *foliolo* superiore minore. *Cor.* laciniis 4 subæqualibus.

789. AMARACUS.

- I — styl. ♂ *Per.* I — phyllum, unilabiatum: ore obliquo, subintegerrimo. *Cor.* ringens: $\frac{2}{3}$, fauce inflata, postice gibba aut calcarata, nectarifera.

PENTANTHERAE.*a. Floribus aggregatis.*

790. NAUCLEA.

- 1 — styl. ♂ *Cal. comm.* . . . *Per.* 5 — fidum.
epicarpium. *Cor.* 5 — fida. *Caps.*
1 — spermæ. *Recept.*

791. BRUNIA.

- 1 — styl. ♂ *Cal. comm. imbricatus.* *Per.* 5 —
phyllum. *Pet.* 5 unguibus stami-
niferis. *Stigma* 2 — fidum. *Sem.*
villosa. *Receptaculum villosum.*

792. STATICE.

- 1 — styl. ♂ *Receptaculum* subrotundum ; vel
lineare: flosculis in seriem oblon-
gam aggregatis. *Cal. comm. im-*
bricatus. *Per.* 1 — phyllum, in-
fundibuliforme, plicatum. *Pet.* 5;
unguibus staminiferis. *Sem.* 1.
nudum intra perianth. persistens.

b. *Floribus compositis.*

793. KUHNIA.

Flores tubulosi, omnes ♂.

Cal. comm. imbricatus. *Recept.* nudum.

Cor. tubulosa 5 — fida. *Antheræ* liberæ, apice dehiscentes. *Styl.* 2 — fidus, divaricatus. *Stigm.* clavata. *Sem.* papposum.

794. PARTHENIUM.

Fl. radiati: ♀ plures in disco, ♀ 5 in radio.

Cal. comm. 5 — phyll. æqualis. *Receptaculum* paleaceum.

♂ *Cor.* tubulosa 5 — fida. *Antheræ* liberæ. *Ger-*
men minimum. *Styl.* 1. *Stigm.* 0. *Sem.*
abortiva.

♀ *Cor.* ligulata, brevis subrotunda, obtusa. *Stigm.* 2.
Sem. nudum, cordatum.

795. IVA.

Fl. tubulosi; ♂ plures in disco, ♀ 5 in radio.

Cal. comm. 3 — phyllus, subæqualis. *Recept.*
pilosum.

♂ *Cor.* tubulosa, 5 — dentata. *Pist.* 0.

♀ *Cor.* 0. *Styli* 2, longi. *Sem.* obtusum, nu-
dum.

796. AMBROSIA.

♂ *Cal. comm.* 1 — phyllus. *Cor.* tubulosa, 5 — fida. *Germe*n abortivum. *Styl.* 1. *Stigma* orbiculatum. *Recept.* nudum:

♀ *Per.* 1 — florum, 1 — phyllum, integrum; ventre 5 — dentato. *Cor.* o. *Stigm.* 2. *Nux* 1 — sperma, dentata. (D)

797. XANTHIUM.

♂ *Cal. comm.* polyphyll. imbricatus. *Cor.* tubulosa, 5 — fida. *Pist.* o. *Recept.* paleaceum.

♀ *Involucr.* 2 — florum, 2 — phyllum. *Cor.* o. *Drupa* sicca, muricata, bifida, 2 — locularis. (D)

c. *Flosculis simplicibus, completis.*α. *Germinibus quinis.*

798. CRASSULA.

5 — styl. ♀ *Per.* 5 — phyllum. *Cor.* 5 — partita: laciniis unguiculatis. *Nect.* 5 — phyllum, *germen* cingens. *Caps.* 5, polyspermæ.

799. NOLANA.

1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum, 5 — angulare, basi carnosum. *Cor.* campanulata; tubo 5 — gono, limbo ciliato. *Stam.* basi villosa. *Sem.* 5, nuda, 2 — locularia.

β. *Germinibus quaternis*. ASPERIFOLIÆ.

800. ECHIUM.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* campanulata, irregularis, fauce nuda.
Sem. 4, nuda.

801. PULMONARIA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — dentatum, prismatico-quinquangulare. *Cor.* infundibuliformis, fauce pervia. *Sem.* 4, nuda, subrotunda.

802. LITHOSPERMUM.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* infundibuliformis, fauce perforata, nuda.
Sem. 4, nuda, dura.

803. CERINTHE.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* limbus tubulato-ventricosus, fauce pervia. *Sem.* 2, bilocularia, ossea.

804. ONOSMA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* limbus tubuloso-ventricosus: fauce pervia. *Sem.* 4 nuda, acuta.

805. SYMPHYTUM.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* limbus
tubuloso-ventricosus : fauce clau-
sa radiis subulatis, conniventibus.
Sem. 4 nuda, acuta, conniventia.

806. BORAGO.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* rotata :
fauce clausa radiis obtusis emargi-
natis. *Sem.* 4 nuda, rugosa, re-
ceptaculo excavato inserta.

807. LYCOPSIS.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* infundi-
buliformis, tubo curvato, fauce
clausa squamis 5 convexis. *Sem.* 4.
nuda.

808. ASPERUGO.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum; fructiferum com-
pressum, connivens, lamellis sinua-
tis. *Cor.* infundibuliformis tubo
recto, fauce clausa squamis 5 con-
vexis. *Sem.* 4. nuda.

809. CYNOGLOSSUM.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — partitum. *Cor.* infundi-
buliformis, fauce clausa squamis 5
convexis. *Caps.* 4, depressæ, in-
teriore latere stylo affixæ, 1 —
spermæ.

810. ANCHUSA.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* infundibuliformis, tubo basi prismatico, fauce clausa squamis 5 convexis, oblongis. *Sem.* 4. nuda, obtusa.

811. MYOSOTIS.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — fidum. *Cor.* hypocrateriformis, 5 — fida, emarginata; fauce clausa squamulis 5 convexis. *Sem.* 4. nuda, acuminata.

812. HELIOTROPIUM.

- 1 — styl. ♀ *Per.* 5 — dentatum. *Cor.* hypocrateriformis, 10 — fida: laciniis alternis minoribus, acutioribus; fauce clausa squamulis 5 conniventibus in stellam. *Sem.* 4. nuda, acuminata.

γ. *Germinibus geminis.* CONTORTÆ.

(Perianthio 5 — fido, corolla 5 — partita.)

813. VINCA.

1 — styl. ♀ *Cor.* hypocrateriformis, laciniis extorsum latioribus. *Folliculi* erecti. *Sem.* nuda, remota.

814. TABERNÆMONTANA.

1 — styl. ♀ *Cor.* hypocrateriformis, laciniis linearibus. *Folliculi* horizontales. *Sem.* imbricata, pulpæ immersa.

815. CAMERARIA.

2 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis: laciniis lanceolatis. *Folliculi* horizontales. *Sem.* alata. *Styl.* 0.

816. PLUMERIA.

2 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis: laciniis ovatis. *Folliculi* reflexi. *Sem.* alata.

817. NERIUM.

2 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis. *Nect.* corona lacera intra faucem. *Folliculi* erecti. *Sem.* plumosa.

818. CEROPEGIA.

- 2 — styl. ♀ *Cor.* basi globosa, tubo longo, limbo connivente. *Folliculi* erecti. *Sem.* plumosa.

819. ECHITES.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* hypocrateriformis. *Nect.* glandulæ 5 circa germen positæ. *Folliculi* reflexi. *Sem.* papposa.

820. PERIPLOCA.

- 2 — styl. ♀ *Cor.* rotata. *Nectarium* stamina ambiens, filamenta 5 exserens. *Folliculi* ventricosi. *Sem.* papposa, receptaculo filiformi affixa.

821. CYNANCHUM.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* rotata. *Nectarium* cylindricum, 5 — dentatum. *Folliculi* acuminati. *Sem.* papposa. *Styl.* o.

822. APOCYNUM.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* campanulata. *Nect.* fila 5, cum filamentis alterna. *Folliculi* lineares. *Sem.* papposa. *Receptaculo* subulato affixa. *Stigm.* globosa, magna.

823. ASCLEPIAS.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* plana vel reflexa. *Nect.* 5, ovata, concava, corniculum exferentia. *Folliculi* oblongi. *Sem.* papposa, receptaculo membrana-affixa.

824. STAPELIA.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* rotata. *Nect.* stellula duplex genitalia regens. *Folliculi* oblongi. *Sem.* papposa.

δ. *Germinibus solitariis.*

* *Epicarpia, capsulifera.*

825. SAMOLUS.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* hypocateriformis, aucta squamulis 5 conniventibus. *Per.* 5—partitum. *Capsf.* 1 — locularis, polysperma. *Stigma* capitatum.

826. BELLONIA.

- 1 — styl. ♂ *Cor.* rotata. *Per.* 5 — fidum.
Caps. 1 — locularis, polysperma,
 rostrata. *Stigma* acutum.

827. RONDELETIA.

- 1 — styl. ♂ *Cor.* infundibuliformis. *Per.* 5 —
 fid. *Caps.* 2 — locularis, poly-
 sperma, coronata. *Stigma* ob-
 tusum.

828. CINCHONA.

- 1 — styl. ♂ *Cor.* infundibuliformis. *Per.* 5 —
 fidum. *Caps.* 2 — locularis, basi
 dehiscens. *Stigma* oblongum.

829. PORTLANDIA.

- 1 — styl. ♂ *Cor.* clavato - infundibuliformis.
Per. 5 — phyllum. *Caps.* 2 —
 locularis, apice dehiscens. *Stigm.*
 oblongum.

830. ROELLA.

- 1 — styl. ♂ *Cor.* infundibuliformis. *Squamæ*
 5, conniventes infundo corollæ.
Per. 5 — partitum. *Caps.* 2 —
 locularis, cylindrica. *Stigma* 2 —
 fidum.

831. PHYTEUMA.

I — styl. ♀ *Cor.* 5 — partita: laciniis linearibus. *Per.* 5 — partitum. *Caps.* 2 — f. 3 — locularis, polysperma. *Stigma* 3 — fidum.

832. TRACHELIUM.

I — styl. ♀ *Cor.* infundibuliformis. *Per.* 5 — partitum, minimum. *Caps.* 3 — locularis, 3 — valvis. *Stigma* globosum.

833. CAMPANULA.

I — styl. ♀ *Cor.* campanulata. *Valvulae* 5 staminiferæ infundo corollæ. *Per.* 5 — partitum. *Caps.* 3 — f. 5 — locularis, poris lateralibus dehiscens. *Stigm.* 3 — fidum.

** *Epicarpia, baccifera.*

834. PSYCHOTRIA.

I — styl. ♀ *Cor.* rotata. *Per.* 5 — dentatum. *Bacca* globosa. *Sem.* 2, fulcata. *Stigm.* bifidum.

835. COFFEA.

- I — styl. ♀ *Cor.* hypocrateriformis. *Per.* 4 —
dentatum. *Stam.* tubo corollæ
imposita. *Bacca* subrotunda.
Sem. 2, arillata. *Stigm.* 2. re-
flexa.

836. GENIPA.

- I — styl. ♀ *Cor.* rotata. *Per.* margo integer.
Bacca 2 — locularis. *Sem.* nidu-
lantia, cordata. *Stigm.* clavatum.

837. LONICERA.

- I — styl. ♀ *Cor.* inæqualis. *Per.* 5 — dentat.
minimum. *Bacca* 2 — locularis,
(sæpe cum vicina coadunata) poly-
sperma. *Stigm.* capitatum.

838. CHIOCOCCA.

- I — styl. ♀ *Cor.* infundibulif. limbo reflexo.
Per. 5 — dentatum. *Bacca* 2 —
locul. 2 — sperma coronata.
Stigma 2 — fidum.

839. MORINDA.

- I — styl. ♀ *Cor.* infundibuliform. *Per.* 5 —
dent. minimum. *Bacca* angulata,
1 — sperma. *Stigma* 2 — fi-
dum.

840. TRIOSTEUM.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* subæqualis. *Per.* 5 — partitum. *Bacca* 3 — locularis, 3 — gona, coriacea, 3 — sperma. *Stigm.* oblongum.

841. MUSSÆNDA.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* infundibuliform. *Per.* 5 — phyllum. *Bacca* oblonga, 2 — locularis. *Sem.* imbricata. *Stigm.* 2, crassiuscula.

842. HAMELLIA.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* tubulosa, 5 — dentata. *Per.* 5 — partitum, coloratum. *Bacca* 5 — locularis, polysperma. *Stigm.* obtusum lineare.

843. LAUGIERIA.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* hypocrateriformis. *Per.* 1 — phyllum, ore inæquali. *Drupa* nuce 5 — loculari. *Stigm.* capitatum.

844. ERITHALIS.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* rotata. *Per.* 5 — dentatum. *Bacca* 1 — locularis, polysperma. *Stig.* acutum.

845. VIBURNUM.

- 3 — styl. ♀ *Cor.* campanulata. *Per.* 5 — partitum, minimum. *Bacca* 1 — sperma. *Stigm.* obtusa.

846. SAMBUCUS.

3 — styl. ♀ *Cor.* rotata, concava. *Per.* 5 —
partitum minimum. *Bacca* 3 —
sperma. *Styl.* o. *Stigm.* obrusa.

847. ZANONIA.

3 — styl. ☉: ♂ *Cor.* rotata. *Per.* 3 — phyllum.
♀ *Cor.* rotata. *Per.* 3 — phyl-
lum. *Styli* reflexi. *Stigm.*
bifida, crispa. *Bacca* 3 —
ocularis.

† *Rubia. Crucianella. P.* 4 — *anth.*
Musa. P. 1 — *anth.*

*** *Hypocarpia, capsulifera.*

848. CORIS

1 — styl. ♀ *Cor. irregularis* 5 — fida. *Per.*
5 — fidum, spinis 5 circumdatum.
Caps. 5 — valvis, polyf. *Stigma*
5 — fidum.

849. HYDROPHYLLUM.

1 — styl. ♀ *Cor. campanulata*; interne striis 5
melliferis longitudinalibus. *Per.*
5 — partitum. *Caps.* globosa,
1 — locul. 2 — valvis. *Stigma*
2 — fidum.

850. GALAX.

1 — styl. ♀ *Cor. hypocraterif.* *Per.* 10 — phyl-
lum. *Caps.* 1 — loc. 2 — valv.
elastica. *Stigm.* subrotundum.

851. CORTUSA.

1 — styl. ♀ *Cor. rotata, patens*; basi tuberculis
5. *Per.* 5 — fidum. *Caps.* 1 —
locul. 2 — valvis. *Stigm.* sim-
plex.

852. SOLDANELLA.

1 — styl. ♀ *Cor. campanulata, lacero* — multi-
fida. *Per.* 5 — partit. *Caps.*
1 — locularis. *Stigm.* ob-
tusum.

853. CYCLAMEN.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* rotata, reflexa. *Per.* 5 — fidum. *Stam.* tubo inserta. *Capsf.* 1 — locul. intus pulposa. *Stigm.* acutum.

854. DODECATHÉON.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* rotata, reflexa. *Per.* 5 — fidum. *Stam.* tubo infidentia. *Stigm.* obtusum. (*Umbella* involucrata.)

855. PRIMULA.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* hypocraterif. fauce pervia; lacin. emarginatis. *Per.* 5 — gonum, 5 — dentatum. *Capsf.* 1 — locul. *Stigm.* globosum. (*Umbella* involucrata in plurimis.)

856. ANDROSACE.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* hypocrateriformis, fauce coarctata, glandulosa; laciniis integris. *Per.* 5 — gonum, 5 — fidum. *Capsf.* 1 — locul. *Stigma* globosum. (*Umbella* involucrata in plurimis.)

857. ARETIA.

- 1 — styl. ♀ *Cor.* hypocrateriformis. *Per.* campanulatum, 5 — fidum. *Capsf.* 1 — locularis? *Stigma* depresso-capitatum.

858. DIAPENSIA.

- I — styl. ♀ *Cor.* hypocrateriformis. *Per.* interius 5 — phyllum, exterius 3 — phyllum. *Caps.* 3 — locularis. *Stigm.* obtusum.

859. ANAGALLIS.

- I — styl. ♀ *Cor.* rotata. *Per.* 5 — partitum. *Filam.* hirsuta. *Caps.* circumscissa. *Stigm.* capitatum.

860. LYSIMACHIA.

- I — styl. ♀ *Cor.* rotata. *Per.* 5 — partitum. *Caps.* globosa, mucronata. 1 — locularis, 10 — valvis. *Stigm.* obtusum.

861. HOTTONIA.

